piatur in diffinitione sui coparis: preterq̄ accidat ex hoc impossibile. Sensus est: hoc preceptus: ea q̄ in alicuius diffinitione ponitur in sua diffinitione dif finitus habere nō posse: verū est in substantijs & in acci dentibus absolutis: que tm̄ vna pendenti dependen tia ad subiectū. s. minime in respectu: q̄ in diffini tione vnus relatiui ponit suum correlatiuū: vnde i diffinitione scire inuenitur demonstratio: & in diffini tione demonstratōis ponit scire: pendet. n. relatio du plici dependētia: ad fundamentū videlicet & ad ter minū: & ita ponetur relatiuū in diffinitione sui cor relatiui tanq̄ terminās illius dependētiā: nō ve luti notius: neq̄ veluti explicans essentiam. CAm plius inquit: iā q̄ designat spēs per hoc qd̄ predica tur de pluribus differētibus numero ex via quid est & inter has designatōes non est differentia: nisi quia hec designatio cōprehēdit spēm vltimā tantum: que est id qd̄ est spēs tantūz preter qd̄ sit genus: sed diffinitio prima cōprehēdit oēs species in qua dici tur q̄ est ordinata sub genere & magis propria ipso: & oportet vt intelligat ex hoc qd̄ dicit: q̄ diffinitio ve ra generis in qua nō cōmunicat ei spēs media est q̄ est vniuersale cōprehēdens speciē & ordinatum sup ipfam ex via quid est & non diffinitio quam narrauit ante: q̄ in illa sicut diximus cōmunicat cum eo spe cies media. Sensus est: species vt est secundūz vni uersale cōsentit vtriq̄z speciei: cuius quidem diffi nitio talis existit: esse ordinatum sub genere: & eē ma gis propriū ipso: & ratio est: q̄ essentialior est ha bitudo inferioris ad superius q̄ illius ad inferius: iccirco species vt est secundūz vniuersale compre hēdit omnia intermedia. Cursus aut: genera di cuntur in comparatōe ad sua inferiora: & species in cōparatōe ad sua superiora: & ipsa sunt vniuersalia ve ra seu intermedia que sunt inter vniuersale primūz: & vltimū vniuersale inuentūz in eodē predicamēto & primūz vniuersale dicitur genus generū & vniuer sale vltimūz dicitur species specierum. Si Auerrois appelleret vniuersalia intermedia esse vniuersalia ve ra: hoc alia de causa esse non potuit: nisi quia genus generalissimūz vnam tantūz habebat habitudinē fm̄ quā genus nominabatur: vniuersale vltimūz vna dūtaxat retinebat habitudinē per quā mereret no men speciei: & licet species specialissima posset com parari ad superiora & inferiora: q̄ tamen vtraq̄z ha bitudine existebat species: ideo ille habitudines nō posuerunt in numerū: intermedia vero duas hūc ha bitudines fm̄ quas & genera & spēs esse potuerunt: quare due ille habitudines faciūt vt vna intermedia vera vniuersalia dici possint. CAlterius inquit: & oportet vt scias q̄ substantia posita est in exēplo hoc pro genere generum fm̄ sententiam dicentis q̄ ma teria & forma intrēt predicamentūz substantie: & sub stantie separate. Sensus est: si substantia estz genus vniuoquūz p̄dicamenti substantie: substantie separe & materia & forma directe in genere substantie locaren tur: que tenet hoc fundamentū: substantia diuiditur in mām: formā: & p̄positū: & de illis q̄ dicitur enūcia tur: ergo si hoc nomen sba esset supremū vniuersale: oēs sbe pari filo sub ipsa cōprehēderetur: at fm̄ il lum q̄ videt quod id qd̄ intenditur in p̄dicamēto est p̄putatio vniuersalitū rerū sensibilitū erit genū generū corpus: quimo genus vniuoquūz p̄dicamēti substantie est hoc nomen corpus vt est impositum ad significā dum corpora sublynaria tantūz: genus aut analogūz

pōt esse hoc nomen substantia: & ly corpus: quate nus sunt noia instituta ad significandūz substantias eternas & nō eternas: quibus nihil ē cōe vniuoquūz ro. methaphysice vltimo. Predicamentis quoq̄z ni hil ē cōe vniuoquūz: cū ipsa nec in materia nec in forma conueniant: rebus autem vnus coordinatōis: q̄ propria potentia correspondet: (actus. n. & potentia sunt principia omnium predicamentorum propor tionabiliter. 12. methaphysice. 26.) illis aliquod no men vniuoquūz concedi potest: & ita licet genus & dif ferentia sumantur a forma: vniuoquūz tñ alicui p̄ dicati est a materia: hinc est q̄ celo & his inferiorib⁹ nihil est commune vniuoquūz: similiter neq̄ plurib⁹ corporibus celestibus. CPreterea aut: & non eleuā tur genera inuentorum ad suum vniuersale: commu ne ipsis omnibus: quoniam ens inuentum nō ē om nibus genus: nec inuenitur genus ad qd̄ eleuentur omnia genera prima: sed omnia genera ascendūt ad decem genera prima que sunt decem predicamēta: super quibus non inuenitur predicamentum & con tinens ipsa: & illud est: quia nomen inuentientis. i. entis: ipsis est dictum per cōitatem nominis: aut p̄ modum modorum consecutionis non vniuoce: & si esset inuentum eis commune. s. vniuoquūz: esset no men inuentientis dictum de eis vniuoce: ergo vult Auerrois ens esse aut equiuocum aut analogū & nul latenus vniuoquūz. Quare multis relictis teneo ad mentem Auerrois q̄ vnumquodq̄z p̄dicatūz com mune possit capi absolute: vt non concernit conten ta: & vt habitudines dicit ad sua significata. Equiuo catio. Analogia. Vniuoquūz conceduntur nomi nibus in respectu ad significata & contenta: & tūc indu co aliquas propositiones mentem eius declarātes: prima est: potest haberi conceptus entis qui non cō cernat sua contenta: & ratio est: quia prius cōcipitur aliquid sub ratione entis q̄ talis entis. Secūda p̄o positio est: ens vt concernit predicamenta tanq̄z pri mo diuersa est equiuocum: si vero vt habent attrib uitionem admittit est analogū: virtute istius p̄positiōis potuit dicere Porphyrius: si quis predicamē ta vocet entia: equiuoce inquit nuncupabit: & Auer rois facit ens analogū: non vniuoquūz: vnde sola nomina dicuntur vniuoqua quibus respondent inten tiones rerum naturaliter significātes: importate per ipsa: nō conuenientibus. n. in aliquo principio intrin seco māli vel formali nō attribuit aliquod nomē cōe vniuoquūz. Tertia p̄positio ē. Ens p̄dicat essentialiter de differentijs & passionibus: hoc fundamēto: q̄. 3. methaphysice. 3. format hec p̄sequētia: ens p̄dicat de differentijs: genus nō: ergo ens nō ē genus: s̄z modus p̄dicandi generis de differentijs ē idēticus nō forma lis: ergo ens nō tantū idēticē verū ē formaliter p̄di cabit de differentijs. CAlterū aut: & iō nō p̄prehēdū tur p̄ differentias q̄bus diuidunt spēs vltimē: q̄ iste differentie sunt infinite. Sēsus ē: indiuidua i vniuer so sunt infinita nō qd̄ actu: sed potentia: spēs autēz nō inueniuntur infinite: neq̄z actu neq̄z potentia: & ita vlt numeri oēs erūt eiusdē spēi specialissime: vlt spēs nō existūt infinite: quāz vna nō p̄det ab alia neq̄z quā tū ad mām: neq̄z quātū ad formā: sunt aut differētie infinite: q̄ sunt infinite forme i potētia: q̄ sunt princi piū singularitatis. CAmplius inquit: qd̄ ē: q̄ quāto magis ascendit genus ē minus notificans & magis aggregās ea q̄ sunt sub eo: & quāto magis descendit ē magis notificans & minus aggregans & in vtroq̄z eorum

eorum est aggregatiūm. i. genus & spēs: sed genus magis aggregat: & species minus. Sensus est: ascē sus a specialissimis ad generalissima vocat collectio & compositio: & descensus a generalissimis ad spe cialissima nominatur diuisio. Cōtra: naturalis phya Aristotelis est doctrina cōpositiua: cum procedat a magis vniuersalibus ad minus vniuersalia: ergo. Solutio est: inueniuntur processus in triplici differē tia: sunt aliqui quibus homo vitur ab scribendum vnaq̄z totalē facultate: veluti p̄cessus cōpositiuus: re solutiū: & diffinitiuū: & q̄ omne ignotū: aut est incō plexum aut cōplexū: ignotū incōplexū declarat p̄o cessū obscuro: & p̄cessū diffinitiuū constituit ex vīs diuisiua & cōpositiua: & processū scientifico cōposito ex vīs cōpositiua & resolutiua: ignotū cōplexū pan ditur argumētatōe: ergo p̄cessus cōpositiuū vt oppo nitur diuisioni incipit ab inferiorib⁹ & tēdit ad supio ra: vbi diuisio a superiorib⁹ inchoat & in spēm desinit: cōpositio autē vt opponit resolutiōem a magis vlti⁹ incipit & terminat ad minus vltia: & his p̄cessib⁹ mul te secte cōciliari p̄t. CPostremo inq̄: & indiuiduū p̄dicat de vno tm̄: & hoc qd̄ dixit nō verificat nisi in indiuiduis accidētū: q̄ indiuidua substantie nō p̄di cantur de aliquo s̄z cursūz nālem: & iō hec assignatio est vera: q̄ indiuiduū nō p̄dicat de multis: nō que ē q̄ p̄dicatur de vno: sicut ipse assignauit. Sensus est: indiuiduū accidētis enunciat de vno tm̄ p̄dicatōne fm̄ cursūz nālem: que est q̄ subicitur qd̄ d̄z subicit: & p̄dicat qd̄ d̄z p̄dicari: dicimus. n. sortes est hoc albū: indiuiduum autēz substantie de nullo affirmatur fm̄ cursum naturale: quare h̄z differentia esset prior spe cie: de specie tamen prius fuit tractandum q̄ de dif ferentia: quia species erat correlatiuūz generis in cu aus diffinitione ponebatur.

Digressio.

Quia Species inquātūz spēs per se primo ad genus referebat: & rōne sui generis qd̄ est vlt: cuius per se & fm̄ correlatiuū est singulare: qd̄ in diuidua: iccirco due assignate fuerunt diffidēs quāz vna fuit: eē ordinatū sub genere: altera: p̄dica bile de plurib⁹ differētibus numero tm̄ in qd̄: vnde quēadmodū duplū fm̄ se referit ad dimidiū: sed fm̄ suū genus ad submultiplex: ita spēs fm̄ se referit ad genus: sed fm̄ suū genus ad singularia: est tñ diffi militudo: q̄ ibi correlatiuū generis cōtinet correla tiuū speciei: hic nō. Sensus est: sub multiplici cōpre hēditur duplum: sub submultiplici dimidiū: corre latiū ergo multiplicis cōtinet sub se correlatiūz dupli. i. submultiplex p̄tinet dimidiū singulare at qd̄ ē correlatiūz vltis non cōprehēdit sub se genus quod est primum correlatiūm speciei.

Preterea Illec p̄positio: plures homines sunt vnus homo: vera est: si nota copulationis inclusa in plurali habeat potētiātem confundēdi: falsa: si predicatum supponat determi nate: Scotus arbitratur ipfam esse falsā: his funda mentis: plures homines sunt vnus homo: ergo vn⁹ homo est plures homines. Itēz: hec esset vera quat uor: sunt duo: quia duo & duo sunt duo: & sunt quat uor: ergo quattuor sunt duo: & ita ista p̄positio: plures homines sunt vnus homo: significat q̄ plu res homines sunt vnus homo numero. CContra: q̄n aliqd̄ se h̄z ad aliqua simpliciter & fm̄ qd̄: si addat sibi aliqd̄ determinās fm̄ qd̄: stat tantum pro illo: s̄z

vnus se h̄z ad vnum numero simpliciter: & ad vnum spe cie fm̄ quid: ergo cum sibi addatur nom en speciei: stat hic dūtaxat pro vnitāte speciei: ergo p̄positio erit simpliciter vera. Solutio Scoti ē: determinabile non contrahit determinationē: sed econuerso maxie: non ad fm̄ quid: vnde hic: hō mortuus: non stat mor tuus fm̄ quid: licet aliquādo contrahat ipsūz ad sup posita: nam hic: hō albus: stat album tantū pro albo in homine. Cnde Doctor subtilis primo sententiā distinetione. 36. iducit quasdam propositiones. H̄z: ma sit ista. Determinatū determinatione distrahēte non habet rationem distracti: huiusmodi nāq̄z de terminatum includit contradictionē ad talem deter minationem: veluti cū dicimus: homo mortuus: ly homo qui determinatur d̄terminatione distrahēte: quia per ly mortuus: non habet rationēz distracti: s̄z includit ad ipsam talem determinationem contra dictionēz. Secūda p̄positio est ista. Distrahē distrahē hit tertium cui cum suo determinato attribuit: vt de cendo: homerus ē homo mortuus: ly homo est deter minabile: ly mortuus determinatio. Tertiū autēz cui vtrūq̄z tam determinatio q̄z ipsum determinatū attribuitur est ly homerus: talis ergo determi natio distrahens distrahit homerum cui attribuitur. cum suo proprio determinabili. Tertia p̄positio ē ista: id cui conceditur determinatū determinationē di strahente est illud qd̄ determinatur fm̄ quid: vt cum dicitur: homerus est homo mortuus designat q̄ ho merus est homo fm̄ quid tantūz. Quarta p̄positio est. Determinatū determinatione diminūte nō ha bet rationē diminuti nisi respectu tertij ad ipsum cō parati. Exemplū suū est. Ethiops ē albus fm̄ den tes: hic ly album determinat per ly dentes respectu tertij respectu ethiopsis cui totū hoc attribuitur: alb⁹ fm̄ dentes: ly albū: ergo non h̄z rationem diminuti fm̄ se: imo dicit albū simpliciter: & habet rationē dū taxat diminuti respectu tertij cui attribuitur. CCon tra hanc determinationē adduco quedāz motiua: in primis. prima p̄positio est falsa: q̄ effectus forma lis inseparabilis est a causa formali: ergo determina tio distrahens dat suo imediato determinabili eē di stractum: ergo determinatum determinatione distrahēte habet rationem distracti. Item propono hanc: p̄sequētia: determinatio distrahens non distrahit illud qd̄ imediate determinat: ergo non distrahit tertium: ergo si distrahit tertium: prius intelligitur de terminabile distrahī per determinationē distrahēte q̄z illud tertium distrahatur: illa enim determinatio non distrahit tertium nisi mediante illo determinabi li: ergo prius determinabile distrahitur q̄z illud ter tium. Cursus cum dicitur: homerus est homo mor tuus: quero quid distrahatur in homerō: nō nisi hu manitas: ergo prius distrahetur humanitas q̄z ho merus. Et qd̄ dicit Doctor subtilis in prima propo sitione: q̄ determinatum determinatione distrahēte non habet rationem distracti: quia includit p̄ra dictionem ad ipsam talem determinationem: cōclu dit oppositūz illius qd̄ intendit: quia quanto aliqua determinatio distrahens magis repugnat suo d̄ter minabili: tantomagis ipsum distrahit: distractio nā q̄z oritur ex repugnantia. Quare tenendum est vnū quoduis determinabile habere rationēz determina ti per determinationem: siue sit determinatio distrahens: siue diminūens: hec de secundo vniuersali pa refacta sufficiant.

Caput Quartum.

Differentia vero. Sententia huius capituli stat in hoc: in reductis varijs differentijs diuisionibus et diffinitionibus tandem concludit: officium esse differentie: diuideret: constituere: et diffinire. Propositiones huius capituli quinque existunt: prima est: differentia est qua species excedit genus: hoc namque plusquam animal habet rationale. Secunda propositio est: differentia est id quod de pluribus et differentibus specie hoc ipso: quale quod est predicatum rationale enim et mortale de homine hoc ipso quale quod est predicatum: sed non hoc ipso quid est. Tertia propositio est: differentia est id quod suapte natura ea que sunt sub eodem genere separat. Quarta est: differentia est id quod singula differunt. Quinta est: non videtur esse differentie specificae nisi ille terminus que ad id quod est esse proficiunt: ergo actus differentie erunt diuideret: constituere: et diffinire.

Auerrois primo dicit. Differentia similiter dicitur de tribus intentionibus: diuisionis differentie est vocis in suas significaciones et equoci penes huiusmodi modum equiuocacionis: et dicit differentia communis: quod est in usu communiter loquentium: qua quidem dicitur fortis senex differre a seipso puer: adhuc sensum: quia fortis senex non est fortis puer. Item ait: differentia quidem propria est qua diuisionatur aliquid ab aliquo per accidens inseparabile: sicut cecitas in oculo: et vestigijs in plaga concaua: ergo vestigium erit accidens inseparabile. Cecitas quoque per denominationem accedens erit inseparabile: vel sumitur cecitas pro qualitate disponente oculum ne videat. Rursus inquit: differentiarum quedam est renouans inuentum aliud: et quodam renouans ab alteratone: et differentie que renouant inuentus sunt quibus diuidentur genera in species et per eas complentur diffinitiones: et colliguntur due regule generales: prima est. Diffinitio quodammodo ex genere et differentijs ipsius generis absoluitur. Secunda est: sola species diffinitur tali diffinitione: quia sola species habet genus et tales differentias sui constitutivas: et cum Auerrois dicit: nutritibile et sensibile sunt plena substantia animalis. Senus est: sunt tota essentia et substantia animalis. Amplius inquit in fine prime diffinitionis in hoc sermone est debilitas. Sensus est: in hoc sermone. I. in hoc argumeto quo probat Porphyrius quod differentia diuisiua non est in genere diuiso actu: nam ratio Porphyrii talis existit: opposita impossibile est esse in eodem. Sed irrationale quod est prima ratio et rationale quod est habitus sunt opposita: ergo non possunt inesse eidem generi in actu: ergo si unum inest generi in actu: non inest alteri aliquo modo: maior est multiplex: quoniam cum dicitur in eodem: potest intelligi in eodem numero et in eodem genere vel specie. Primo modo maior est vera: et minor falsa. Secundo modo maior est falsa: et minor vera: et ita ratio eius non concludit: et exemplo hec declaratur: quoniam licet album et nigrum sint contraria: non tamen nisi in uno individuo: quia possibile est esse homines albos et nigros in actu: et sic in animali est rationale et irrationale in actu: quia homo est rationalis: et brutum irrationale: verumtamen Porphyrius unum dixit et aliud intellexit: intellexit namque quod nulla harum differentiarum est inclusa in ratione generis: quod cui competit essentialiter et per se unum oppositum:

ei non potest conuenire aliud: et ideo dixit Commentator quod est debilitas: et non asseruit locum ab oppositis non esse utilem. Preterea ait: est differentia predicatum de pluribus differentibus specie in eo quod qualis res et non in eo quod quid: unde aliud est predicari quidam tunc: aliud predicari in quid: aliud in quale quod. Differentia predicat quidem quidam tunc non tamen in quod. Senus predicat quidam tunc et in quid: diffinitionis vero modus predicandi est in quale quid. Tertius inquit: postquam res est ita: est aggregatum generis et differentie ipsa substantia rei huius in intellectu est: sicut substantia ipsius huius quod est extra intellectum ex materia et forma. Senus est: eadem forma ut est in intellectu est genus et species et differentia huius quod magis abstracte et minus considerari potest: que forma in intellectu potest esse ratio intellegendi et formam in re et ipsum propositum: ipsa diffinitio explicata nomine concreto supponente pro singularibus forma vero huius esse quod huius in re naturam constituit compositum ex materia et forma. His dictis pandit error modernorum existimantium rationale quod contrahit animal angelis inuenire: tunc quod differentia non exit ambitum et potestatem generis: tunc quod genus et diuisum ex differentijs non inuenirentur: quod angelus esset rationalis vel irrationalis: non tamen animal.

Digressio.

Sermo de differentia operepretium est ut qui busdam absoluitur propositionibus. Prima sit talis. Differentia potest diffiniri. cum sit species vltima: cuius differentia est predicari in esse essentiali vel de pluribus numero differentibus. si est differentia vltima: vel de pluribus specie distantibus: si est differentia intermedia. Contra: differentie non est differentia: ne sit processus in infinitum: omne autem quod diffinit habet differentiam. Solutio est: differentie non est differentia respectu cuius differentia habet rationem differentie: sed potest habere differentiam respectu cuius ipsa est species. I. id quod intelligitur sub ratione differentie differentiam habere non potest: quodcumque autem comprehendit sub ratione speciei differentias habere conspicitur: et ita differentia ut quid species erit modus: at predicari in quale essentiali differentie existit ut modus. Secunda propositio sit talis. Differentia differt ab alijs vltibus diffinitione et specie: vlt differentia capitur dupliciter et prime intentione aliter et secunde: si secunde intentione: adhibe dupliciter: vno modo: ut significat intentionem applicabilem ei quod est principium: et sic est vniuersale: et concretum cuius abstractum est intentio differentie: alio modo significat relationem rationis cuius sunt species: differentia numero: differentia specie: differentia genere: et ita est abstractus cuius concretum est differens: ille sunt species in abstracto: in concreto vero dicimus: differens numero: differens specie: differens genere: ita ergo propositio est vera. Differentia differt et predicat ibi concretum de concreto: non concretum de abstracto. Tertia propositio est: predicari in quale essentiali diffinitio est differentie ut est tertium vniuersale: quod predicari in quale essentiali vniuersale consentit differentie vltime et intermedie: cuius quilibet illarum dicat partes formalem: at predicari in quod unum non potuit constituit esse: cum alta ratione generis: alta ratione speciei conueniret: explicat enim genus partes essentie. Species vero totam dicit naturam individuorum. Quarta propositio est: neque differentia de genere: neque generis de differentia

rentia formaliter predicatur: tamen ne in diffinitione inueniatur negatio: tum ne unum animal sit plura animalia: quia cum dico: rationale est animal: vel animal quod enunciat de homine est id quod de rationali affirmatur: et ita diffinitio hominis erit negatio: vel est aliud: et sic homo erit plura animalia: cum enim conceptus differentie sit irresolubilis. et simpliciter simplex: nullum predicatum vniuersale potuit vniuersale de ipsa predicari.

Postremo aduertendum est et multum vtiliter: animal est analogum ad animal per intellectum et ad animal per sensum: sub animali per intellectum comprehenditur celus et homo: sub animali per sensum continetur homo et brutum: anima cogitativa causa est quod homo est animal per sensum: intellectus possibilis qui non habet aliam naturam nisi quod est possibilis vocatus facit hominem esse animal per intellectum: homo et brutum sunt eiusdem generis vniuersi: at homo et celum existunt eiusdem generis analogi: et ita homo species erit vniuersa et analogica: cogitativum ergo erit differentia predicamentalis vltima qua homo in genere vniuerso constituitur. Diffinitio quoque hominis vniuersa erit ista: animal cogitativum: verum Porphyrius multum induxit exempla ad manifestandum quibus nullatenus consentendum est.

Caput quintum Porphyrii.

Proprium vero. Sententia huius capituli stat in hoc: proprium per quattuor diuisit modos: nam proprium est id quod soli cuiusdam accidit speciei. et si non omni contento sub illa specie. Et id item quod omni accidit speciei et si non soli. Et etiam id quod soli accidit et omni atque quandoque. Quartum autem est id in quo omnia conueniunt: ut soli et omni semperque accidat: unde aliquod est proprium quod inest toti non soli: quoddam soli non toti: est et aliud quod inest soli et toti sed non semper: proprium verissimum est quod attribuitur toti: soli et semper: et est talis diuisio proprii analogica: dico proprii importatis plura huius attributione ad vnum.

Auerrois dicit: et est vniuersale quod conuenit toti speciei et soli et semper: sicut risibile homini huius primam fidem: non huius actum id est huius aptitudinem: non actu. Est diligenter obseruandum: si proprium: comparatur ad speciem est predicatum: si ad singularia est vniuersale: sunt namque iste due propositiones quidam tunc: proprium est predicatum: proprium est vniuersale: quatenus tamen dico: proprium est predicatum: actus predicandi vniuersalis non transit super proprium: et similiter cum affirmamus proprium esse vniuersale: actus predicandi predicati non transit super proprium. Rursus nomen proprii et animalis rationali et risibili consentiebat: verum quia animalis rationali erat nomen impositum: quoniam dicebatur terminus et diffinitio: risibili vero non erat nomen impositum: ideo nomen proprii remansit risibili: est enim regula vulgata primo topicorum capite. 3. nomen commune pluribus remanet illi cui non est nomen impositum.

Digressio.

Et caput presens suum habeat complementum: inducantur nonnullae propositiones. Prima est: proprium est vniuersale: cum predicetur de pluribus in quale accidentale et de specie conuertibilitate: a proprio enim denominantur omnia predicata que in secundo modo dicendi per se predicari inueniuntur: verumtamen est: quatenus proprium est vniuersale: appropriate loquedo dicitur predicari de indiuiduis specie: inquam autem predicatum de specie: ita modus predicandi proprii talis erit: predicari in quale accidentale per se tamen: et licet proprium sit species vniuersalis: ab eo tamen poterit denominari predicata que in secundo modo dicendi per se de vniuersali affirmantur: et cum nihil sit proprium nisi per illud satisfactum ad interrogationem factam per quale: et nunquam istum terminum risibilitas possumus respondere ad interrogationem factam per quale de aliquo subiecto: concludendum est hanc propositionem esse falsam: risibilitas est proprium: ut proprium est quartum vniuersale: et de numero quattuor predicatum. Secunda propositio est: proprius accidit omni: soli et semper. proprium est predicatum accidentale conuertibile: et ita Porphyrius videt exponere proprium inquam huius rationem predicati non vniuersalis: unde hoc nomen: predicatum non essentiali conuenit proprio et accidenti. Tertia propositio est: proprium et accidens eide fundameto nullatenus conuenire possunt: nec respectu eiusdem nec respectu diuersorum: imo neque primum vniuersale et secundum eide subiecto attribuantur: neque genus et differentia: neque genus et proprium: neque proprium et species: neque dico respectu eiusdem: neque respectu diuersorum. Sunt. n. ista quinq; vna quinq; species desperate vltis: que eide nullatenus attribui potest. Contra: caliditas ignis est proprium ignis: et accidens mixtorum: ergo. Solutio est: caliditas neque proprium est: neque accidens: cum ad interrogationem factam per quale de aliquo subiecto respondere non valeamus primum terminum caliditas: caliditas tamen est accidens et non proprium. ista. n. propositio: ignis est calidus: non est in secundo modo dicendi per se. Tercia: albus est species colorati et est accidens hominis: ergo. Solutio est: hec propositio: albus est species colorati: si est vera: est vera: quod albedo est species coloris: unde appropriate loquedo: album est accidens: et albedo est species: non accidens: ut accidens est quantum vltis. Tertium propria passio albi est accidens hominis: et proprium vltis est accidens fundametu vltis. Solutio est: albi non est propria passio: sed albedinis: appropriate loquedo: vel dicat quod aliud est esse accidens: aliud aliqd accidens: veluti aliud est esse substantiam: et aliud aliqd substantie: et ita disgregatum non erit proprium albi: ut albus ad hominem comparat: tandem si quis docte intelligere contendant: opus est ut teneat plura istorum quinq; vltis non posse alicui fundameto consentire neque respectu eiusdem: neque respectu diuersorum. h. n. Commentator genus vltis primum vltis erat genus generalissimum: et species erat quoddam esse vltis: et ita primum et secundum vltis de eodem non poterant affirmari: apud Porphyrius genus esse erat primum vniuersale: species specialissima secundum: que post eide subiecto conuenire non posse: verum ad exercitandum ingenia vestra hec inducta sufficient.

Caput sextum Porphyrii.

Accidens est. Sententia huius capituli consistit in hoc: accidens est Libe. sup. Por. b

ptis stat in hoc. Genus & proprium sequuntur species: & equaliter ea que sub genere sunt: suscipiunt genera: sicut ea que sub propriis propria: & quemadmodum genus de propriis speciebus uniuoce predicat: ita etiam proprium de sua specie uniuoce dicit. Tertium est: genus prius est proprium. Predicat genus de pluribus speciebus: proprium vero minime: sublato genere perit proprium & non e contra.

Auerrois dicit: quoniam risibile predicatur de sorte & Platone uniuoce: sicut aialitas predicatur uniuoce de boue & equo: causa est (vt aliqui arbitrantur) genus. n. quoniam substantiam speciei continet: non modo eius nome de specie: verum etiam diffinitio predicatur: proprium vero species non relinquit: quaz semp sequit: nec in aliam specie tras greditur: nec infra subsistit. Diffinitioem quoqz propria speciebus tradit. cuius. n. nome vni tantu couenit speciei cui coequatur: dubitari non pot: quis ei quoqz diffinitio speciei coueniat: quo fit: vt sicut genus de speciebus: ita proprium de sua specie uniuoce predicatur. Contra stante hac declaratoe: albu de hoie uniuoce diceret: q: si nome albi de hoie dicit: ergo & diffinitio illius nois de hoie affirmabitur. Quare dicendum est propriu predicari uniuoce: idest in secundo modo: & necessario & inseparabiliter: non in primo modo. Et cuqz spes & proprium quertatur: abolito vnus est abolito alterius: proprium tn interimit species cocomitantur: non causaliter.

Contra proprias generis & accidentis.

Generi vo & accidenti. Sententia huius partis stat in hoc. Nichil est quod i ceteris ita fit a generis ratioe disinctum: sicut est accidens: couenit ergo in hoc genus & accidens q: vtriusqz illoru de pluribus speciebus predicatur. Est igitur genus ante accidentia: & vbi genus neqz intentione neqz remissionem suscipere potest: accidens participatio intendit & remittitur. Item omne accidens in indiuiduis principaliter subsistit. Genera vero speciebus & indiuiduis priora sunt: & accidentibus. Differunt quoqz: qz genus predicatur in quid: accidens vero in quale accidentale & non couertibiliter. Quia igitur erant viginti differentie quibus hec quinqz uniuersalia abinuitice poterant: cum tame multe detrahantur comparationes non remanebunt nisi decem. Primum namqz uniuersale comparatur ad quattuor. Secundum ad tria sequentia: eo q: iam erat comparatum ad primum: quado primum comparabatur ad ipsum. Et tertium refertur ad duo sequentia. Et quartum ad quintum: ergo comparationes erunt quattuor: tres: due: vna: ergo decem.

Auerrois dicit. Et hoc ideo propterea quia accidentia inueniuntur fm primas intentionem in singularibus: & singularia diuersificantur in additione & diminutione: & genera quide & species pcedunt p natura singularia: neqz sunt inuenta in singularibus: & qd dixit est verus quide sup dictu in formis scilicet si inueniretur: sicut genera & species extra intellectum. Sensus est: Plato concessit uniuersalia separata a singularibus. erant. n. idee extra intellectum: genera & spes: veritas aut peripateticaz: q: forme sunt genera & species quatenus perficiuntur in intellectu: in quantum vero sunt in re extra animam

non dicunt genera & spes: forma namqz principis est singularitatis & uniuersalitates fm aliud tn & aliud esse.

Contra & propria differentie & spei.

Comune ergo. Sententia huius partis stat in hoc. Differentie & species equaliter predicant. Item differentie sui participata non relinquunt: ita spes his que ea participat: semp adiuncta est. At differentia in quale continet & sub se plures species: species vero tantum indiuiduis preest: & predictatur in quid. Ex pluribus quoqz differentijs vna species igitur: ex pluribus vero speciebus nulla speciei substantia copulatur: quod si quis occurrat dices quoniam permixtus asinus equus efficit mulum: non recte dixerit: indiuidua enim indiuiduis iuncta: indiuidua vero alia fortasse perficient: ipse vero equus simpliciter idest uniuersaliter & asinus vlt neqz pmisseri possunt aliquid si cogitatione miscant: constat igitur differentias quidem plurimas ad vnus speciei substantiam couenire: species vero in alteri speciei nam nullo modo posse congruere.

Auerrois dicit: non inuenitur vnus homo magis homo qz alter: neqz magis rationalis qz alter: nisi quis velit per rationalitatem rem accidentalem intelligere. i. si hoc predicatum rationale esset predicatum accidentale posset predicari huius magis & minus: merito enim anime intellectue oes homines sunt disciplinabiles: ratioe tame corporis anime intellectiue subiecti potest quispiam non esse aptus scientijs speculatiuis: molles enim carne aptos mentes: duros ineptos dicebat Aristoteles. 2. de aia. 3. 4. Item ait: sortes enim semp est rationalis & semp est homo: ergo ista est sempiterna veritatis: sortes est homo: forte non existet: & ad hoc tenendum mouet: his rationibus: vnquoqz predicatum quiditatu & secundum modi prius conceditur speciebus qz singularibus sed homo existit: quia sortes existit: ergo. Item hec propositio: albedo est per se ens: est vera: siue ly per se dicat inheretiam: siue inheres: at ista: albedo est per se existens: falsa est: saltem si ly per se dicat inherens: cum itaqz albedo fit per se ens & per accidens existat: habetur inferentia: vnde nunquam propositio primi modi aut secundi redditur falsa: propter appositionem de ly per se: siue inheretiam dicat: siue inherens. Item primo prioru ponit Auerrois differentiam inter propositionem in materia necessaria: & propositionem non in materia necessaria: subiectu propositionis necessarie supponit & pro supposito in actu & pro supposito in potentia: at subiectum propositionis contingentis supponit p supposito in actu tantum: ergo sortes est homo: forte non existente. Amplius inquit: species predicatur in quid: quauis respondeatur ad questionem per quale species: & hoc ex parte qua accidit ei vt differentiam habeat. Sensus est: differentia solum qualitas est: humanitas vero non solum est qualitas: sed tantu qualitate perficitur: & ita species qualis quidem est fm differentiam illius que est pura & simplex qualitas: qua scilicet perficitur & conformatur. Vel dicendum est q: homo cum sit uniuersale est qualitas: quia ly homo significat quale quid idest naturam vel formam communicabilem. Preterea ait: & hec est species alia compositionis preter compositionem differentiarum: si concedatur q: fit compositio speciei cum specie: & Porphyrius negat eam

eam: & sicut est vt sit hic compositio que est compositio spem mediarum ex extremitatibus: & illa est pter compositionem rei ex differentijs diffinitu. Sensus est: siue ex speciebus aliquid componatur: siue non: compositio ex differentijs alterius est rationis a compositione ex speciebus. Tenuit Auerrois elementa formaliter remanere i mixto: & medios colores ex extremis formaliter constitui: in pposito tamen: licet asinus & equa faciat ad generationem muli: non tame quelibet spes est p tertie speciei compositio.

Contra Propriaz differentie & proprii.

Differentia vero. Sententia huius partis stat in hoc. Differentia & proprium equaliter participatur: & semper subiectis propriis adsunt. Differentia tamen plurimas species claudit: proprium vero vni tantum speciei coniungitur atqz equatur.

Auerrois dicit: appropriatur differentie q: dicitur d speciebus multis: sicut rationale dicit de homine & angelo fm sniam illius qui videt q: rationale dicitur uniuoce de ambobus: veritas tame est: q: rationale cuqz discursu est differentia hominis: absqz ratiocinio celi: qd vere est animal p intellectum. Item inquit: propriu predicat de vna specie tm: vni propriu speciei specialissime est appropriatum proprium.

Contra Propriaz differentie & accidentis.

Differentie autem. Sententia huius partis stat in hoc. Differentia & accidens de pluribus predicantur: & sicut differentia semper subiectis speciebus adest: ita inseparabilia accidentia nunquam videntur deserere subiectum. Tertium tamen differentia omnis speciem continet: accidens vero continet aliquando: & continetur: continet quidem quatenus pluribus speciebus adest: continetur autem quoniam plura accidentia vni accidunt speciei. Item accidentia intenduntur & remittuntur: non dicit. Dicit contra ne queunt permisceri: sed bene accidentia contraria coniunguntur.

Auerrois dicit: sed accidentia quidem comprehendunt ex parte: comprehendunt quidem ex eo q: sunt predicata de multis: & comprehenduntur: propterea quia subiecta ipsorum non sunt appropriata vni accidenti: sed iam inueniuntur in eis accidens oppositum illius: sicut nigredo continet multas species hominis: & non hominis: & homo comprehendit nigredinem: cum iam inueniatur: quid est nigrum & non nigrum. At huic occurri potest quoniam differentie quoqz aliquo modo continentur: vt rationalitas continet hominem: plus enim qz de homine predicatur: continetur quoqz ab homie: quoniam non solum hac differentiam homo continet: verum et mortale. Solutio est: oia quecuqz substantia d pluribus predicant: ab his de quibus dicitur non poterunt contineri: quo fit vt dicit qd non continentur a specie: si sint plures dicit: que spem formet: accidentia vero continentur: qz accidentia speciei substantiam nulla predicatione constituunt. Contra: species continet actu differentiam: ergo differentia continetur: ergo predicata primi modi a specie contineri possunt. Quare dicendum est

vnā spem continere nigrum: qz est alius homo non niger. Sed homo non dicit continere mortale: cuqz ois homo necessario fit mortalis. Item ait: & etiam qz differentie contrarie non permiscantur vt sit ex eis medium: sicut est mixto albi cuqz nigro. Contra. disgregatiuum & congregatiuum permiscant. Item calor & frigus miscantur: ergo eorum differentie: sunt enim differentie accidentium: accidētia. Solutio est: talis quidem propositio vera est dicitur de differentijs generis substantie.

Contra & propria speciei: proprii & accidentis.

Speciei vero. Sententia huius partis stat in hoc. Speciei & proprii mutua est predicatio. Equo pterea species adsunt his quibus comunicantur: & propria his quoz propria esse dicuntur. Tertium tamen species potest esse genus: propria vero nullo modo genera esse possunt: quoniam specialissimis adequatur. Est & species prior natura ipso proprio. Diuerse quoqz sunt diffinitiones speciei & proprii. Item differit species ab accidente: quia species in quid: accidens in quale predicat. Vni indiuiduo: est vna species prima: vniciuqz vero substantie non vnus accidens iungit. Prius itez spes: accidentia vero posterius intelligunt. Accidentia magis & minus: intentione suscipiunt & remissionem: minime spes.

Contra & propria proprii & accidentis.

Commune autem. Sententia huius partis stat in hoc. Proprium & accidens inseparabile semper adsunt suis subiectis. At proprium de vna tantum specie: accidens de pluribus dicit. Rursus proprius equaliter participatur: & non accidens.

Auerrois dicit. Species precedit intellectu accidentia. 7. methaphysice. 4. Substantia est prior cognitione: diffinitione: & tempore: & per eam cognoscitur accidens. Substantia. n. apud nos est manifestior accidentibus. 4. methaphysice. 4. substantia sensibilis est primum in cognitione. Contra: primo de anima. 11. accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quodquid est. 7. methaphysice. 10. que sunt minoris perfectionis sunt prius nota: primo physicorum. 4. op: incipere a notitia accidentium uniuersalium. 6. methaphysice primo. non possunt sciri substantie nisi ex accidentibus. Solutio est: substantia quidem prius distincte accidens vero prius confuse percipi potest. Rursus hec conclusio est hic approbata. Genus. Species. Differentia & Proprium. equaliter participantur: non suscipiunt magis & minus. Accidentia vero & inequaliter participantur & intensionem recipiunt & remissionem: licet igitur homo sit perfectior brutis: hoc tamen non est merito contrahibilis sed contrahentis: & quauis accidentia realia & eorum die fm rationem eorum specificam non suscipiunt magis & minus: tame respectu suorum subiectorum intenduntur & remittuntur. Tandem Auerrois in calce huius commentationis scribit quedam ne Porphyrius propter hunc libellum commendatus redderetur. Nec igitur sunt que p ditione s: proprietatesqz quinqz intentionum secundaz relictis supfluis resolute manifestant.

simpliciter independēs ē p̄p̄rius ⁊ adequat⁹. Cōtra: sit piscis marinus ⁊ aīal latrabile in vase in quo atez moueat: tūc sum certus q̄ illud qd̄ mouetur ē canis latrabilis vel piscis marinus: dubito tū vtrūq̄ hoc vel illud determinate: ergo huic nomini canis respondet vnus p̄ceptus cōis ad vtrūq̄. Item sint tres homines in hoc thalamo tenebroso: quoz̄ quilibet vocet hoc noīe sortis: sit ita q̄ aliqui itoz̄um me ibidem existētem percutiat: certus sum q̄ sortis me percussit: ambigo nihilominus vtrū fuerit hic vel ille: ergo hoc nomē sortis importat vnum cōceptū cōez pluribus. Solutio est: si sup̄ certus q̄ sortis me percussit: nō sum certus nisi q̄ aliquis homo cui impositū est nomē sortis me percussit: itaq̄ certitudo cadit sup̄ cōceptum hoīs ⁊ nō super cōceptū aliquēz suppositam q̄ sit inferio: ad cōceptū specificū: quia nō pōt dari talis cōceptus: quia si daretur: conceptus hominis nō est cōceptus speciei specialissime: aut conceptus suppositalis est plurib⁹ cōicabilis: similiter quādo sum certus q̄ canis mouet in vase: nō sum cert⁹ nisi de cōceptu aīalis h̄cti ad hoc aīal vel illud: ⁊ sup̄ certus q̄ aliquod aīal cui impositus est hoc nomē canis mouet: ⁊ nō sum certus de aliquo vno conceptu immediate significato p̄ hoc nomē canis: qui cōcept⁹ sit nomini significati cōis ⁊ adequatus: ⁊ rō est: q̄ ly canis significat immediate plura sub vno noīe significante: itaq̄ variatio isto noīe canis apud diuersos ⁊ diuersa idiomata nō remanet aliquis vnus cōcept⁹ qui sit idem apud oēs: qui cōceptus correspondeat illi noīi adequate. Termino vero analogo in voce vel in scripto: vnus conceptus correspondet qui est idem apud omnes.

Tertia p̄positio sit talis. Equoca equocata dicitur ea quoz̄um solum nomē cōe est: ⁊ rō substantie est diuersa. id est cōceptus est diuersus: itaq̄ p̄ illam vocē nō importat aliquid cōe. illis significatis. Equiuocoz̄ū alia sunt casu: alia cōsilio: casu vt Alexander p̄tami filius: ⁊ Alexander magnus: casus enim id egit: vt idem vtrūq̄ nomē poneret: cōsilio vero ea sunt quecūq̄ hominūz voluntate sunt posita. i. equiuocum casu est terminus plura eque p̄tio significās diuersis cōceptibus. Equiuocum a consilio est terminus plura significās diuersis cōceptibus vnum p̄tice: ⁊ aliud transumptiue: ⁊ cum iste terminus equiuocum sit terminus secūde intentionis importabit terminos de quibus erit veruz affirmare q̄ sunt equiuoci: iste terminus equiuocū equiuocatum significabit vel terminos p̄tice intentionis qui erunt quedāz equiuocata sub aliquo termino de quo est verum dicere q̄ ē equiuocum equiuocās vel importabit res ipsas nō absolute sed quatenus significant per terminuz equiuocū equiuocātem. Et infero corrolarie nō oēm terminū secūde intentionis significare terminos: sed bene veruz est: oēm terminum secūde intentionis significare terminos: vel res ipsas in relatōe ad terminos: ⁊ sic cōstat has p̄positiones saluari posse. Equiuocum est vniuocū. Equiuoca sunt vniuoca: talia nāq̄z noīa dūtaxat opponūtur: quando ambo vt quid: vel ambo vt modus capiuntur: at si vnum vt quid: ⁊ alterum sumat vt modus: minime aduersant. Contra hāc diffinitionem induco hanc rōnem: si solum nomē est cōmune: ergo nihil aliud: hoc sequitur ex intellectu exclusionis: ergo superfluit postea addere: ⁊ ratio substantie diuersa est. Solutio Scotus: multis solutionibus: prima est:

nō colligit hęc ratio: solum nomē cōmune est: ergo rō substantie est diuersa: ⁊ lz valeat: solum nomē est cōe: ergo nō est rō substantie cōis: non tū sequit: ergo rō substantie est diuersa: secūda solutio est: licet valeat: solum nomen cōmune est: ergo ratio substantie est diuersa: tamen quia ly solum refertur ad equiuocans ad qd̄ diffinitum refertur fm̄ relationem suppositōis relatio. n. equiuocoz̄ ad equiuocās ē relatio suppositōis: ⁊ sequēs. i. ratio substantie est diuersa: refertur ad equiuocata in se: ⁊ saluat diffinitio equiuocoz̄. Tertia solutio est: equiuocata habent rationē diuersam fm̄ nomen equiuocans. i. in quātū equiuocātur in illo: sed equiuocantia nō habent aliam rationem: his dictis addat vna regula cōis: oīs p̄positio ē dīstinguenda in qua ponit terminus equiuocus singularis numeri: etiam si in omni sensu esset vera: at que libet reddatur falsa: si ponat terminus equiuocus in plurali numero.

Quarta p̄positio sit talis. Vniuoca sunt quoz̄um nomē ē cōe: ⁊ fm̄ illud nomē rō substantie ē eadem: ad vniuocationē igit̄ requiruntur ⁊ cōitas noīs: nō scripti ⁊ vocalis sed mentalis: perigitur etiam q̄ ratio quiditatis sit eadez vna scilicet ⁊ indiuisa i omnibus vniuocatis. Tercia n̄ parua ē p̄tentio inter auctoz̄um familias: nūquid vntas cōceptus idonea ⁊ sufficiens existat ad rationem termini vniuoci: nominales opinatur oē id vniuocū appellari qd̄ ē subordinatū vni p̄ceptui: siue significet plura: siue nō: de ratiōe nāq̄ terminū vniuoci ē significare plura fm̄ eadem rationem. At reales putāt vnitatem cōceptus nō sufficere ad vniuocationē: lz vltra vnitatem p̄ceptus requirit quiditas vna vnitatem propria existens i oibus suis vniuocatis: sed Auerrois diceret: vt superius dixi: vniuocatiōem esse a materia: quecūq̄z. n. sunt vniuocata i aliquo: opus est vt i aliquo p̄ceptio intrinseco pueniat vel materiali vltimo: hęc ē causa q̄ celo ⁊ subcelestibus corporib⁹ nihil cōe existit vniuocū: pariter ⁊ decem generib⁹: ⁊ hęc sentētia Auer. ē multū alta ⁊ p̄funda: ⁊ n̄ parū intellectum resoluēs.

Quinta p̄positio sit talis: p̄cretū a subiecto differt ab abstracto solo casu. i. sola inclinationē ad subiectum: p̄cretū a supposito ab abstracto seūgitur solo casu. i. sola inclinationē ad suppositū: vnde p̄cretuz a subiecto merito significati p̄cipalis diffiniri potest: ⁊ cum aggregatū p̄ accidēs eque p̄tice: quia tamē cōcretū significat vnum ⁊ cōhotat seu dat intelligere aliud: ideo tale p̄cretū n̄ dicitur simpliciter habere vnam diffinitionē: ⁊ soleo ponere differentiam inter nomē rei naturalis ⁊ accidētalis: q̄ i noīe rei naturalis cōueniūt significatū p̄cipale ⁊ p̄fectū qd̄ est forma ⁊ materia ⁊ composito p̄stantior. 2. de anima. 7. significatum autem noīs p̄creti a subiecto p̄cipale ē forma accidētalis: p̄fectū ē ipm̄ subiectū qd̄ verius dicitur p̄notatū q̄ significatū. Et possunt concreta accidētalia supponere pro subiecto: ē nāq̄z hęc p̄positio vera: lignum ē albū: at p̄cretū de genere substantie n̄ nisi pro supposito: docte loquēdo: supponere pōt: nequa q̄z pro subiecto: mā. n. informata aīa humana exactissime loquēdo nō dicit hō: lz sortis ē q̄ hō nominatur.

Eoz̄um que dicuntur. Sententia huius p̄tis stat in hoc. Eoz̄uz que dicūtur alia cum cōplexione: alia

alia sine cōplexione dicunt. Item vniuersalis substantia de subiecto. i. inferiori dicit: in subiecto aut nullo existit. Accidēs p̄ticulare in subiecto qd̄z est: de subiecto aut nullo dicit: est autem illud accidēs quod semper in subiecto est altero: vt erus pars non sit: ⁊ cū ab eo in quo est sepatur: ad nihiluz redigat: ⁊ per se sine alterius subiecto esse nō possit. Accidēs vero vniuersale ⁊ in subiecto est: nec d̄ subiecto dicitur. Particularis substantia nec in subiecto est: nec d̄ subiecto dicitur: simpliciter ergo que sunt indiuidua ⁊ numero singularia d̄ subiecto nullo dicunt: in subiecto aut nihil prohibet ea esse.

Auerrois primo dicit: sniarum significata rum p̄ dictōes: quedam sunt simpliciter: quedam cōposite significare per dictōes compositas. Sensus est: duplex est incōplexum: reale ⁊ intentionale: similiter p̄plexū aliud est reale: ⁊ est vltimuz significatū p̄positōis: aliud est ip̄samet p̄positio. Amplius ait: accidētia nō possunt esse sine subiecto: vñ est attendendum: accidēs nō potuit quoz̄q̄ denudari a substantia p̄ causalitatem quā h̄z substantia supra accidētia: ⁊ peripatetice loquēdo: p̄tice ma intelligētia nō possit in effectuz cause scde absq̄z fauore cause secūde: substantia aut lz nō possit sequi strari ab accidētib⁹ fm̄ genus: q̄ sit sit s̄a simplex cor porea: est accidētibus subiecta. 3. celi. 67. si sit mixta: elemēta remanēt formaliter in mixto. Item materia nō est sine p̄tate que est in accidētibus: nō pōt ē a quātitate separari: tū denudat substantia ab accidētibus h̄z sp̄ez: aut h̄z indiuiduū. Cōtra: datur substantia tm̄: ⁊ substantia ⁊ accidēs simul: ergo ⁊ accidēs de per se: iste est modus arguēdi Aristote. 8. phycoruz 37. 12. metaphysice. 35. datur motuz tātum: mouēs ⁊ motuz simul: ergo mouēs tm̄. Solutio est: modus ille arguēdi tenet in his que accidētialiter cōiunguntur: ⁊ ambo sunt opposita cōtrarie: aut relative: p̄stat autem substantiam ⁊ accidēs nō accidētialiter copulari: cū accidēs necessario substantie inheret. Cū rus inquit: cū aut predicatur de aīa ⁊ dicitur esse in anima scētia: denotat aliquid extra substantiaz eius. Sensus est: accidēs vniuersale de subiecto predicatur denominatiue: de inferioribus vero quidditatiue: substantia vero particularis p̄dicatōe fm̄ cursum nālem nullatenus predicari potest.

Quando alterum. Sentētia hui⁹ paritatis stat in h. Quotiens alteruz de altero predicat: vt de subiecto: vt si quid sit quod d̄ eo predicat in eo quiddqd̄ sit dicit potest: hoc idem ipsum de eo qd̄ prius subiectum erat predicari poterit. Quādo igitur alterum de altero p̄dicatur vt de subiecto. i. de parte subiectiua: quecūq̄z dicunt de eo qd̄ predicatur: omnia de subiecto dicuntur. Cūtem: generibus generalissimis discrepantibus ⁊ sp̄ez ⁊ differentie necessario quoz̄q̄ discrepant. Cū rus decem generibus enumerat] inducit ista p̄positio: predicamēta non sunt vera vel falsa: nec affirmatiua: nec negatiua: sed ex illis fit cōplexio affirmatiōis ⁊ negatiōis in quibus cōsistit veritas ⁊ falsitas.

Auerrois primo dicit. Quā predicat aliqd̄ d̄ subiecto p̄dicatōe denotatē sbaz eiusdēz: tm̄ predicatur de illo p̄dicato aliud p̄dicatuz denotās ē substantia eius ipsuz ē denotat substantiaz illius subiecti cuius denotatur p̄dicatū primuz. Sensus est: predicatōes exiguntur essentielles si regula

hec affirmari debeat: quinimo si minor sit quiditatis: siue maior sit essentialis: siue nō: regula hec vñsi ma inuenitur: ⁊ nō soluz in p̄dicatis primi modi: verum ⁊ in p̄dicatis secūdi modi p̄p̄icitur veritas huius regule: quādo scilicet subiectū ⁊ p̄dicatū supponunt p̄sonaliter: q̄ licet ista p̄positio: homo ē cōicabilis: sit in secūdo modo: n̄ tamē valet: sortis ē homo: hō est cōmunicabilis: ergo sortis ē cōmunicabilis: ⁊ tales p̄positiones quāz extrema supponūt simpliciter n̄ debēt inferre p̄positionēz de oī: sunt nāq̄z quedam p̄rietates a quibus sumūtur secūde intētōes: que nūq̄z verificātur de subiecto nisi in suppositōe simplici: p̄positiones limitate sine specificatione enuntiantur de subiecto in suppositōe p̄sonali: cū specificatione in suppositōe simplici: subiectū. n. ist⁹ p̄positionis: homo ē p̄ se primo risibilis: simpliciter supponit.

ad circūferentiā oēs linee ducte sunt equales: & geo
metre diffiniunt punctū dicentes: pūctus est id cu
ius pars non est.

Tertia ppositio est. Nulla substantia est ma
gnitudo: nec aliqua qualitas ē magni
tudo: differt qz extēsiō re ipsa a re extēsiā: hys rōnib' :
Materia est potētia: quātitas est act' : primo 2. 5. ca.
pūctus de substantia orbis: & pūct' pphy. 63. mate
ria subicitur trine dimēsiōis: s; nihil subicit' fibūpfi:
& 4. pphy. 51. nō est dīa inter va cuū & corp' ma
thematicū: cū vtrūq; sit tres dimensio nes abstracte
a materia: eodem. 4. hys Cōmentator pūct' incōueniēti
quātitate esse substantiā. Itē mā non resistit cōprimēti
vesicā plenam aere: qz ipsa pot stare super minori quā
titate: nec forma aeris: cū & ipsa possit stare sub mino
ri extēsiōne: nec aliqua qualitas resistit pari ratioē:
ergo quātitas est illa que resistit. Rursus generatio
simpliciter dicta esset augmentatio: cū per ipsaz acq
rat forma substantialis extēsiā: & eēt alteratio augmē
tum: quando per ipsam aliqua qualitas extēsiā acq
reretur. Iterū: substantia sentiret per se: si eēt magni
tudo: cum magnitudo sit sensibile cōe. 2. de aīa. 64.
Postremo qualitati aliqd cōtrariatur: quātitati ni
hil: suscipit qualitas magis & minus: nō quātitas: ē
qualitas a forma: quātitas a materia: ergo nulla qli
tas est magnitudo. CContra: mā preseruata a deo si
ne quātitate & motu locali hz ptē extra partē: ergo
ē qzta & ē i loco i quo prius erat: g. Itē: extēsiō ē res
extēsiā: ne i linea pedali sint infinite extēsiōes: si ē eiz
linea extēsiā extēsiōe distincta a linea: & pari rōne ex
tēsiō erit extēsiā extēsiōe distincta ab illa extēsiōe: & ita
deinceps. Solutio ē: ad primū: mā seclusa quāntita
te non hz ptē extra ptē: & theologice loquēdo: lz pos
sit deus facere quāntitatē sine substantia: nō tñ substanti
am corporeā sine quāntitate: & rō ē: qz de' pot supple
re vicem substantie & nō accidēs. Ad scdū: nō ē ex
tēsiō res extēsiā: & cūtat' pcessus i infinitū: qz vel
extēsiō non est extēsiā: s; ē quo extēsiō ē extēsiō: vñ
si extēsiō est extēsiā: ipsa ex se formaliter est extēsi
ā: & non per aliam extēsiōnem: solet enim esse pri

uilegium quāntitatis: vt cōcedat lineā ee quāntitatez
& quāntā: & extēsiōne esse extēsiōne & extēsiā.

Quarta ppositio talis est: eiusdē rōnis ē fate
magnitudinē & motūz & tēpus ex in
diuisibilibus cōstare & in indiuisibilia diuidi: aut ni
hil hor' hāc cōditionē subire: insecutur. n. motus ma
gnitudinē: & tēpus motū. lz. n. motus & tēpus pecu
liares habeāt cōtinuitates: diuisionē tñ sumūt a ma
gnitudine. Adnotus igit' & tēpus sunt per se: nō tamē
pūmo cōtinua: sed magnitudo prior: cuius sunt acci
dentia: sunt tñ per se quāntitates: cū ptes eoz ad pūo
pūos terminos copulēf: vnde ptes motus ad mu
tatum esse: ptes tēporis ad instans copulāf: ponun
tur ergo. 5. methaphysice. 13. tēpus & motus quantū
tates per accidens: quatenus nō habēt ppriaz diu
sibilitatē: partunt nāq; tēpus & motus ad diuisionē
magnitudinis: & cū sola magnitudo ppriam habeat
cōtinuitatē & diuisibilitatē: ipsa est que loco allegato
appellat' quāntitas cōtinua p se: hic vero facit Aristo
teles tēpus quāntitatē p se: motū quantitatē per acci
dens rōne tēporis: qz hic separat species quāntitatis
fm diuersaz rōnem mēsure: ratio aut mēsure que
inuenit' ex motu est ex rōne tēporis: vnde tēpori cō
ceditur mēsurā fm ppriaz rōnem: at motui non nisi
in quātum subdituit tēpus. Est autē tēpus numerū
raturū prioris & posterioris existentū in motu: prius
nāq; & posterioris in motu se iungunt ratione a motu:
& prius & posterioris in tempore a priori & posteriori
in motu formaliter distāt. prius. n. & posteri' a prio
ri & posteriori in magnitudine: & prius & posteri' in
tempore a priori & posteriori motus origine ducunt:
& ita prius & posterioris accepta in diffinitioe tempo
ris sunt prius & posterioris in motu: ipsa nāq; prius &
posterioris in motu vt sunt ab anima numerata tēpor
ris integraz reddunt diffinitioē. Adnotus aut sumit
pro forma fluente: pū fluxu forme: & formaliter: for
ma flens in tribus vel quattuor generibus collocat'.
Adnotatio formalis est passio: mot' pro fluxu forme ē
successio quedaz: & est quāntitas cōtinua successiua cu
ius ptes copulāf ad inuicē: ē: qd ita se hz: in tali
motu: veluti punctus in linea: & instās in tpe: & in oī
motu est vna successio numero in qua fundat' tēpus.

Quinta ppositio talis est. Locus & superficies
pppter diuersam rōnem mēsure pstiti
tūtur diuerse spēs quāntitatis. mēsurat. n. locus ex
trinsece: & superficies intrinsece: fm tñ essentiaz & qua
tenus sunt sensibilia cōia nō distinguūtur. vnde. 4.
pphy. 34. pertractatur locū primū esse diuisum:
contangentē: & equales locato: ipsumq; esse vltimaz
superficie corpis amplectētis locatū. CContra pūctū
loci & locati ad terminū cōem copulāf: ergo loc' nō
ē superficies. C Solutio ē: eadē ē distātia loci & locati:
cui' distātie locus ē termin' extrinsec': figura & sup
ficies locati intrinsecus & essentialis: & sic ad quēcūq;
terminū copulēf pūctū ill' distātie: vt terminū eēt
tiales: ad eūdē copulāf pūctū loci: veluti ad termi
nūz nō eētiales. Itē quoq; in diuersis locis fm di
uersas ptes locari pot: vt p3 de arborē exite in terra
& aere: & quēadmodū loc' & superficies nō pstituit di
uersa sensibilia cōia: s; bñ diuersas spēs quāntitatis:
ita numer' & oīo vnū sunt sensibile cōe: sed due spēs
quāntitatis discrete: vñ sciēdū ē qz oīo fm mām corp'
ē: cū sit aeris tenuissim' ictus: fm aut qz est pns mo
tus fractū aeris est qualitas qd ē ppriū sensibile au
ditus: fm vō qz mēsurat' indiuisibili qd est elementū
Tibe. sup Predicamē. c 3

vel similia fm diuersos respectus: sic est quantitas. discreta cui pceptio reducitur ad pceptōez nūeri. l3. n. quātuz ad spēs discretas fit differentia inter numez & oionem: & ex hoc qm in numero iteratio eiusdē vnitatis fm sbam cōstituit numerum: in oione autē nihil idēz reiterat fm sbam. nō. n. idēz ellementū vnius & eiusdē littere sepius iteratū cōstituit oionem: quē ad moduz iteratio eiusdē vnitatis cōstituit numerū: nihil minus tū numerus pro vt accipit sensatum cōe nihil aliud est q̄ diuisio p̄nui: vñ discretio numeri fm q̄ est sensatū cōe cōis est ad oēm diuisionē ptium cōtinui fm quā diuisionē diuersa cognoscunt eē sensata que sunt in ip̄is: hec oia frequēti tractatu & exercitio facillime intelligi poterunt.

Amplius quantitati. In tria parte res pprietates quantitates enumerantur. Prima est. Quantitati nihil cōtrariat: & palaz ē in determinatis quātitatib⁹ id est in his que alicuius termino numeri coercent nihil penit⁹ esse p̄rium. Contra: multa paucis & magnū paruo q̄ dicit esse p̄rium. Solutio est: vel hoc nihil est quātitas: sed ad aliqd. dicimus. n. montē parū: milia magnū: & si in domo sint quinquaginta: multi sunt: si in theatro pauci. C. Amplius si sint quantitates: adhuc illis nihil p̄riat: tū ne idēz p̄ria suscipiat: tū ne idēz sibi p̄met sit p̄rium. n. duo p̄ria p̄dicari de eodē: nec respectu eiusdē: nec respectu diuersoz. Itē locus vñ hie aliqua p̄rietatē. sursus. n. & deorsus p̄riu est. Aristoteles nō soluit: cuz ex p̄cedentibus forte pateat solutio. nō sunt. n. sursus & deorsus p̄ria: cuz idē p̄ comparationē ad diuersa possit eē simul sursus & deorsus. C. Contra hāc pprietatē arguit Boetius primo: linea recta linee curue p̄riat. Scdo sup̄ficies alba & nigra: aspera & lenis opponūtur. Tertio corporale & incorporale. Quarto: dies & nox videntur opposita. Quinto: oioni vere aduersat oio falsa. Solutio est: merito quātitates hec nō opponunt s̄z qualitates: curuitas & rectitudo: albedo & nigredo: asperitas & lenitas: q̄litates existūt: nō quātitates. Itēz si diei nox videat⁹ opposita: nō in eo q̄ tēpus est: s̄z in eo q̄ dies ē aer lucidus: nox aer obscurus. C. Rursus: oia tū nō fm id qd significat in quātitate numerat: s̄z fm id qd p̄ferat. Scdm. n. id qd p̄ferit⁹ oratioē: longa syllaba: breuior: cōponit: que oēm oionem nō fm id qd ipsa significat: s̄z fm id qd ad plationē est metiuntur. Amplius corporale & incorporale nō fm p̄rietatem: sed fm p̄riationē habitūz opponuntur.

Secunda pprietates ē. Quātitas nō suscipit magis & minus: s̄z maius & min⁹ ab hoc genere nō auferant. cū. n. quantitati nihil sit p̄rium nō poterit ipsa suscipere magis & minus.

Tertia pprietates ē: fm quātitatem equalitas & inequalitas nūcupat. singule. n. quātitates equalitas atq; inequalitas dicunt: in alijs vō que quātitates nō sunt: nō repit eq̄litas: neq; inequalitas.

Querois p̄rio dicit: & illud est: qz p̄ria sunt in illa essentia: quoz quedā in vltimate lōgitudinis: qd autē dī in relatiōe ad aliud ab eo nō inuenit aliqd significatio qd sit in vltimate lōgitudinis ab eo: cum dicat in relatiōe ad res finitas. Sensus ē: duo p̄ria nequeūt p̄dicari de eodē: nec respectu eiusdē: nec respectu diuersoz. Contra: nōne album & nigrum p̄dicant de pallido. Distinctio de cōtrarijs fm eē p̄fectū & i p̄fectū soluit: albū & nigrū fm eē p̄fectū de eodē minime affirmant: at magnū &

puū si eēt p̄ria: non essent p̄ria nisi fm esse p̄fectum. C. Itē inq̄: locus superior q̄ est cōcauū orbis vñ p̄rius loco inferiori qui est mediuz mūdi. s. locus terre qui est cōcauū aq̄ & cuiusdā ptis aer]. Et sciēdū est: terra mixta a concauo partim aque: & partim aeris: & a cōuexo aeris per porositates terre ingressi circūscriptiue locatur: terra autem simplex circūscribitur ab aeris cōcauo in porositatibus terre ingressi iter terrā simplicē & mixtam: & dicit Alber. magnus qz virtus conseruatiua terre perfecta est in centro: inchoans in cōcauo aque: iō mot⁹ terre est simplr deorsum. Alij scribūt qz q̄ centrū grauitatis terre est centrū mūdi: terra tūc est naturalissime locata nō a medio mūdi sed a sup̄ficie p̄caua aque & aeris: q̄ qdē sup̄ficies sūt loc⁹ simplr deorsum: qz locat id qd ē simplr deorsus: ab illis. n. terra circūdat. Aqua vero local concauo aeris & cōuexo terre. Aer cōcauo ignis: & p̄uexo aq̄: ignis cōcauo lune & p̄uexo aeris. C. Ampli⁹ ait: & qz ip̄i volūt hic elōgationē: elōgationē inesse & nō elōgationē in spacio. i. p̄ria debēt distare distātia formali nō distātia fm spaciū: albedo. n. q̄ est sursum nō cōtrariat albedini deorsus: s̄z albedo & nigredo siue sint sursus: siue deorsus: aduersant: & subiūgit. Aer. & sile ē qz sit p̄rietas hec sequēs q̄titate i eo q̄ ē vbi: & nō in eo q̄ ē q̄titas: neq; in eo q̄ ē aliqd: s̄z sup̄ & inferi us: s̄z hec res ē res accidēs relatiōi sicut accidit quātitati: & pp hoc nō ē necesse ex hō vt credat qz sequat relatiōē p̄rietas. Sensus ē: cū sursus & deorsus sint relatiua: & dicant de eodē respectu diuersoz nō poterūt eē p̄ria. Unde sursus & deorsus i mūdo sunt loca disticta: & vbi totalia: & spēs loci: an: retro: dextrū & sinistrū sunt tm p̄tes: oēs etiā dīe positiois cuiuslibz corpi subcelesti attribuūtur in p̄p̄tate ad celū: pars versus oriēs dī dītra: vsus occidēs sinistra: pars subiecta polo antarctico ē sup̄ior: subiecta polo arctico inferior: pars nobis meridionalis ē ps aterior: regio opposita p̄ meridionali vocat⁹ ps posterior: & dixerūt expositores qz in loco p̄ sup̄ficie nō inuenit p̄rietas: sed bñ p̄ virtute p̄seruatiua locati. C. Contra hāc pprietatē arguit. s. p̄physicor. r8. dicit: cā vlt p̄pter quam est possibile vt mot⁹ solūmō sit in quātitate: qualitate vbi est: qz p̄ria existūt in eis: hec. n. necessaria cā ē in esse eoz: q̄ cū augmētatio & diminutio sint motus p̄tinetes ad gen⁹ q̄titates: quantitati aliqd p̄riat. Solutio est: termini qdē mot⁹ p̄rii existūt p̄tittua & mediata: & mot⁹ oīs de p̄rio in p̄riu: mouet celum de cōtrario in cōtrariuz: quatenus mouet ab vno extremo dyametri circuli ad aliud extremū eiusdem dyametri: inter magnū & puū: remissus & itēsus: an & retro p̄rietas existit idonea p̄ motu p̄ficiendū cū inter ea mediū inueniatur oportūm. Declarat et motus inueniri in quantitate: vnde l3 quantitas non cōtrarietur quantitati: tamen vt minor ex maiori habet oppositum modum essendi & imperfectiorem q̄ maior ex minori saluat in quātitate motus. C. Rursus ait: & in his duobus proprijs communicant quantitas & substātia. s. in hoc qz nō ē eis contrarium & i eo qz nō recipit magis & min⁹: vñ intētio & remissio p̄ admixtionē p̄cedit q̄litate de tertia spēs: extētio vō ē vna cōditio q̄ q̄titati attribuit: due. n. q̄litates p̄rie cōpossibiles existūt s̄z certos gradus: at due q̄titates sūt penit⁹ icōpossibiles: sūt. n. tria q̄ nā nō p̄mittit vacuū. s. infinitū: & p̄nerationē dimētionū. C. Postremo ait: d̄ q̄litate non dī equale: neq; ineq̄le: sed dī simile & dissimile. Sensus est: identitas & equalitas:

equalitas: similitudo: relatiōes sunt p̄ modū vnius: distinctio: inequalitas: dissimilitudo p̄ modū numerū: idēptitas & distinctio inter ea cadunt q̄ in genere substātie inueniunt: similitudo & dissimilitudo in genere qualitatē: eq̄litas & ineq̄litas p̄dicamēto quātitatis p̄cedunt. Et infero corollarie has ppōnes eē veras: fortes & Plato sunt eiusdē speciei: & numero distingunt: hō & asin⁹ differūt spēs: & sunt eiusdē generis: hec albedo & h̄ albedo sunt siles i spēs: & dissimiles in numero: albedo & nigredo sunt siles in genere & dissimiles in spēs: hec linea: & hec sunt equalēs i spēs: non eedez: nō similes: linea & sup̄ficies sunt spēs inequalēs: nō distincte: nō dissimiles: in alijs vero p̄dicamētis reperit nō idēptitas: & l3 cōiter cōfundatur vocabular: veritas tū peripatetica est: qz ista ppō est falsa: hec albedo differt spēs a nigredine: sed ista est vera: hec albedo & hec nigredo sunt dissimiles s̄z spēm: & rō est ista: nāz si hec albedo esset dissimilis huic nigredini & distincta: idem diceret ad vñ bis p̄ se & primo fm eūdem moduz stante eodē fundamēto formali: & similr eodem termino formali.

Digressio.

Et predicamētū quātitatis suū habeat cōplēmentum due ppōnes approbade sunt prima est: dimētio est mae coeterna: nō est. n. simile de mā respectu formaz: s̄z aliu & quātitatū & respectu quātitatis: qz mā acq̄rens vñ formā s̄z alēz p̄dit aliaz: & mā seu cōpositū suscipiēs vñā qualitātē fm eē reale amittit aliam: nō est sic de quātitate: qz aliter corpus fieret ex nō corpore & dimētio ex nō dimensione: & sic formae corporales essent sibi muticē p̄rie succedētes in eodem subiecto. Item oīs forma s̄z alis esset indiuisibilis: ponūtur. n. hac de cā dimensiones in mā: vt forme recipiant in mā diuisibiliter: qz dimētio est rō diuisibilitatis: ad oēm deinde formā s̄z alēz cōsequitur determinata quātitas: p̄rio d̄ aia. s3. 2. de aia. 60. diuersitas formarū est cā diuersitatis in quātitate & magnitudine: vñ eadē numero quātitas pōt eē nunc magis & nūc minus extēta: & quātitas vt idifferēs est ad varias extēsiōnes & figuras: vt sic vocat interminata: vt autē cōiuncta extēsiōnibus & figuris & varijs formis s̄z alibus terminata nūc p̄at. Quare in rare factōe nō acq̄rit noua quātitas sed nouus terminus quātitatis in rarefactōe nāq; manet eadēz mā p̄tise ergo eadē quātitas. Itē si sic: posset idēz accidēs numero trāsire de subiecto in subiectum: dato qz bipedali quātitati ageneret quātitas pedalis p̄ rarefactionē: sit mā subiecta: quātitati pedali acq̄rite. A. cōstat qz. A. p̄rio info: mabat aliqua p̄te bipedalis quātitatis: & nūc info: mabat pedali quātitate ergo illa ps bipedalis quātitas trāsuit de mā. A. ad aliā mā ergo de subiecto in subiectum.

Secunda propositio talis ē. Quātitas ē accidēs absolutū: cū nō depende at nisi vna depēdētia: a subiecto: scilicet: vbi accidēs respectiuum duplici p̄ndet d̄pendentia a fundamēto videlicet & a termino. C. Contra: nullū absolutum pōt fundari in respectiuo: cū fundamētū sit absolutū fundato: quātitas autē continua fundat in respectu: cum dicat actio longa & p̄tinua. Itē oīs forma q̄ p̄ motū acq̄rit h̄z in se continuitatem quantum ad suum fieri: cum habeat partes inuicem continuatas sed vbi est forma q̄ per motū localē acq̄rit: q̄ h̄z in se p̄tinuam quātitatē: tū vbi est purus respect⁹: ergo.

Amplius numerantur relatiōes: ergo numerus ē forma respectiua. C. Solutio est: ad primū: actio dicitur longa & cōtinua: capiēdo actionē pro re acta: res autē acta denominat p̄tinua: pp motum pro fluxu forme ibi concurrentē. Ad secundū: vbi acq̄ritur p̄ motum localē & nō est cōtinuū: spatūz super qd fit motus localis opus ē vt sit cōtinuū vel contiguūz. Ad tertium: vel distinctio de numero predicamētali & transcendentī soluit: oriz numerus predicamētalis duntaxat ex diuisione cōtinui: numerus vero trāscendens oibus applicari pōt. Nel vnitates relatiōnum nō fundant numez: nisi quatenus habēt eē conceptūz: & tales vnitates vt habent esse conceptūz pōt sunt fundare numez rem absolutā: sed quomā d̄ quātitate satis dictum est: ad relatiōez ordinem sequēti lectione transibimus.

Ad aliquid vero. Quia quātitatē cōtinua ad aliquid cōsequitur: recte post quātitatē relatiōez series ordinata est. Itē cū superius de quātitate tractaret: relatiōez mētio facta est: cum de magno paruoq; diceretur: vt ergo p̄tinua & nō esset operis interruptū diuinctio: ideo quātitate finita: de relatiōe p̄posuit. Sentētia autem huius partis stat in hoc: ad aliquid sunt quocunq; id qd sunt alioz esse dicunt: vel quomodolibet aliter ad aliud: & hec distinctio p̄sentit relatiōis fm esse & fm dicit: relatiua. n. fm esse sunt que fm id qd sunt: sunt ad aliud: & cum hec distinctio cōmunit esset septem generibus respectiuis: induxit Aristoteles exempla de habitu & positione: sunt enim accubitus: & statio & sessio positiones quedā: a quib⁹ quidem subiectum denominat iacere: stare & sedere. Est nāq; vniuersale p̄ceptum qz abstractū ē id quo concretum est tale.

Querois. p̄rio dicit: & res relatiue sunt quarum quiditas & esse dicit in cōparatione ad aliud: siue per se siue per cōiunctionem p̄positionis: sicut idem & similia. i. res relatiue sunt q̄ dependent duplici d̄pendētia a fundamēto scilicet p̄ termino. Itēz ait: & positio ē ex relatiōe aliquo mōz iacebit nāq; & stabit & sedebit nō ex positioe sunt sed ex rebus denominatis ex noibus ex positione. i. positio est relatio aliquo modo. i. non est relatio posita in quarto predicamento: vnde tantū valet dicere ad aliquid: quantū accidēs respectiuū: & hoc nomen accidēs respectiuū ē nomen analogū septem generibus: at in predicamento relatiōis accidentia respectiua que quattuor requirunt: fundamētū scilicet & terminum: & rationē fundandi & rationēz terminandi: sex vltima genera exigūt dūtaxat fundamētū & terminum: sunt relatiōes quarti generis relatiōes in trinfecus adueniētes: que necessario consurgūt p̄ nōto fundamēto & termino: sex vltima p̄dicamenta respectus extrinfecus adueniētes appellari solent.

Digressio.

Quāuis perardūz sit de relatiōibus ad mētem Aristotelis & Querois differere ob illustrium auctoz nō simulatas contētiōes: placet tū mihi vt vobis re gratam faciā nōnulla inducere documenta quibus ea q̄ de relatiōibus mente cōcipio plane explicent. Primum sit tale: relatio ē ens reale formaliter a fundamēto & termino re ipsa scilicet: ratio est. r2. methaphysice. 29. dubitans Aristoteles vtrum altera aut eadem essent p̄incipia & elle/

menta substantiaru & eoz que sunt adaliquid: indu-
cit hanc rōnem: si sba & relatio habeat eadem pncipi-
pia & elemēta ergo substantia & relatio ex eisdē erunt:
sed inveniētes est inquit Lōmentator vt sint eadez:
tunc n. substantia & relatio essent sub eodē pdicamēto
ergo nequeūt substantia & relatio eē eadem res: neqz
pōt substantia esse pncipiū relationis: quātuz ad id
qd est materiale in ea: q: si sic relatio dissolueretur in
substantia: oia. n. dissoluunt in elemēta qd saltē veruz
est de elemēto qd est mā: lz forte non in eo qd est for-
ma: verba Averrois sunt ista: similiter impossibile ē
ponere vnu alioz esse elemētū oīum verbigrā re-
lationē: cōtingeret. n. oia esse relatiua & cōtingeret
vt in aliqua hora: dissolueret substantia in relatione:
aut relatio in substantia & hoc cōtingit in genere qd
est mā non in eo qz forma. C Item nō sunt omnium
predicamentoz eadem elemēta propria: sed soluz
sunt elemēta omniū pportioabiliter ergo qualitas
& quātitas nō sunt propria elemēta relatiōis: voluit
ergo pbs alterius & alterius predicamētū alia & alia
esse pncipia propria: nō obstat qz accidētia depē-
deāt a substantia: ergo fundamēta relationū nec sunt
relationes: nec pncipia elemēta relationū. C Lō-
tra: ergo ad relationē est mor: & n. posset relatio rea-
lis aduenire alicui sine mutatione facta in ipso. ha-
beretqz relatio pncipiū productionē & cōseruatōez.
Solut sanctus Thomas. s. physicozū. idēitas qua
res est eadem subipā est sū rōnez ex parte vtriusqz
extremi: relatio inter scientiam & scibile est realis in
vno extremo: & sū rōnem in altero: sū dextrum &
sinistrum in animali sunt relationes reales: in colū-
na vero sū rōnem tm: reperiunt & relationes reales
ex parte vtriusqz extremi: nō videt ergo difficile qz
mutato extremo in quo relatio realiter existit de no-
uo: dicatur aliquid relatiue dealte ro absqz sui mu-
tatione: cum nihil ei realiter adueniat: sed in illis in
qbus relatio inuenitur realt in vtroqz extremozum
apparet difficile qz aliquid relatiue enunciet de vno
p mutatoez alterius absqz mutatoe sui: cū nihil d no-
uo adueniat alicui absqz mutatoe eius cui aduenit:
vñ dicendum est qz si aliquis per suam mutationem
efficiatur mihi equalis: me nō mutato: ista equalitas
primo erat i me quodāmodo tanqz in sua radice ex
qua hz esse reale: ex hoc. n. qz habeo talē quātitatez:
cōpetit mihi qz sū equalis omnib⁹ eandēz quantita-
tem habētib⁹: cū ergo qspiam de nouo accipit illam
quātitate: ista cōis radix equalitatis determinat ad
istum: & ideo nihil mihi aduenit de nouo p hoc qz in-
cipio esse alteri equalis p eius mutationē: quare hz
sanctum Thomam subiectū recipiens relationē rea-
lem de nouo se hz qdem aliter qz prius nō tm moue-
bitur aut mutabit: lz. n. oē qd se hz ad se aliter qz pri⁹
moueat: non tamen omne qd se hz aliter nunc qz
prius mouetur: quia quod se habz ad alterum aliter
nunc qz prius nō mouetur. C Contra: hoc se habet
ad alteruz realt alr nūc qz prius ergo se habet ad se
aliter nunc qz prius: cum sit factum compositius p
aduentum noue relationis realis: pōt itaqz affirma-
ri realē relationē nō aduenire alicui de nouo sine mu-
tatione illius: ad relationē tm nō est mor: qz nō pdu-
citur nisi cū alio ad eius eē reqsio. C Itēz si relatio
reipsa a fundamēto differret: & veritas pncipiū esset
relatio subiectue existens in ipsa ppositione: eadez
propositio simul & semel & vera & nō vera inueniret:
somet quispiam istam ppositionem: prima intel-

lignētia nihil producit: in cuius mente permaneat
vsqz ad. A. instans in quo Deus nihil penitus pro-
ducat: in tali momento talis ppositio erit vera:
quia ita erit sicut per ipsam adequate significabitur:
erit aut nō vera: quoniam in illo instati nullus respe-
ctus veritatis denuo in ipsa reperiet: nihil nāqz pro-
duci pōt nō concurrente causa prima. Solutio ē: illa
ppositio: prima causa nihil pducit: sicut falsa formalit-
ter vsqz ad. A. instans exclusiue: in. A. instanti est vā
fundamentaliter: non vera formaliter: exemplo hec
rāsiō dclatur: si essent duo alba actu: & nō actu simi-
lia: carētia scilicet similitudine formalit: essent similia
fundamentaliter: nō formaliter. Stāte hoc documē-
to: palam est qz hoc nomen relatiuū nō est nomen se-
cunde intentionis: sed ex vsu loquentiū ē nomē con-
cretum a supposito dūtaxat: quāobz hēc psequētia
nō valet: sortes est pi: pater est relatiuū: ergo sortes
est relatiuū: neqz est verum qz relatio sit ens reale nī
realiter a fundamēto distinctū: cū. n. relatio sit ens
reale formaliter: & fundamētū sit ens reale formalit-
ter: & relatio & fundamētū nō se habeant sicut supe-
rius & inferius: ergo relatio reipsa a fundamēto se-
iungetur: est. n. apud me pceptū vniuersale. Quā-
documqz sunt aliqua non se habentia sū superius &
inferius quozum quodlibet sit ens reale formaliter:
illa realiter distinguunt.

Secundum documentū sit tale. Relatio/
nes nō vnus & numeri con-
stituunt primum modū relatiuoz. Secundus modus
comprehendit relationes actiū & passiū: mouentis
& mobilis: at in tertio modo inueniuntur relationes p
modum mensurę & mensurati. s. methaphysice. 20.
idēitas: similitudo & equalitas relationes sunt p mo-
dū vnus: distinctio: dissimilitudo: inequalitas per
modum numeri: & vnaqueqz istaz tantū vni proprie
attribuitur predicamento: vocantur autē relationes
per modum vnus: quia ratio fundandi & terminādi
nō numeratur: p modum numeri: qm ratio fundādi
& terminādi multiplicantr: & est attendendū qz rela-
tiones modo vnus sunt relationes equipantię: mo-
do numeri disquantię: cui relationi disquantię nī
repugnat hie extrema eodem noie nominata: ppter
distinctioez: pōt etiam eadem relatio eē per modū
vnus & numeri variato fundamēto formali & termi-
no formali: veluti inter producens & productum ca-
dit relatio modo vnus: quatenus sunt eiusdem spe-
ciei: modo numeri inquantū distinguuntur numero.
C Amplius paternitas & filiatio nominant relatiōes
actiū & passiū: quia requirūt actionē & passiōē pre-
cessisse: id aut qd nominat: pater fundamētū est pa-
ternitatis: qz illud est fundamētum relationis qd su-
scipit in se relatione: id qd est filius est terminus illi-
us relationis: potentia actiua patris ē ratio fundādi
paternitatz: potentia passiua filij ratio terminādi.
C Item relatio mensurabilis ad mensuraz pertinet
ad tertium modū: vt scientia ad scibile: & intellect⁹
ad intelligibile: nec ē mutua: sicut alie de primo mo-
do & secundo: est aut manifestū qz per mensurā & mē-
surabile intelligimus exemplar & exēplātū: exempla-
tum. n. dependet ab exemplari: cū sit imitatiuū illi:
& sic scientia dependet a scibili cuius ē imitatiua: & ē
aduertendum qz relationes tertij modij fundantur i
oī re cuiuscūqz generi & forte sup ideā i mēte diuina.

Tertium documentū sit tale: vnum non pōt
referri ad vnum bis per se & pzo
sū eūde

sm eūdez modū stāte eodē fundamēto formali & sū-
eodē termino formali: & rō est: qz non pōt idem res/
ferri pluribus relationibus eiusdem specie ad vnu
idem: nequit enim vnus pater referri ad vnum
filium duabus paternitatibus: & hec est causa qz hec
albedo est dissimilis illi nigredini: & non ab eadem
specie distincta: at relationibus diuersozum modo-
rum idem conspicitur plane referri ad idem bis p
se & primo. nam sū doctores de via cōmuni: sciētia
ab obiecto seungitur productur & mensurat: & licet
vnus non possit referri ad idem bis per se & primo:
potest tamen idem bis referri ad plura relationibus
eiusdem modi: & eiusdem rationis: nam hec albedo
referretur ad hanc albedinē similitudine: ad illā nigre-
dinem dissimilitudine: ad duas autēz albedines ref-
fertur duabus similitudinibus eiusdem rationis. Et
intra corolarie tot paternitates inueniri in sorte: qz
sunt filij sortis: neqz colligit hec sequētia: plures pa-
ternitates ergo plures patres: quēadmodū nec v3
sortes hz plures sciētiā ergo est plures sciētes: est
nāqz regula generalis: qz cū multitudine formarum
accidētaliū sit vnitas suppositi habētis formas: nō
valebit ergo pna a plurificatiōe forme ad plurifica-
tionē cōcreti importāns formā & cōnotantis suppo-
situm: & lz sit impossibile qz eadez albedo numero sit
in varijs subiectis loco & subiecto distinctis: posito
tamen hoc per possibile vel impossibile: eēt plura
alba vna albedine numero.

Inest autem & Sentētia hui⁹ partis cō-
stitit in quattuor propo-
sitionibus: prima est. Relatiua nō reculant suscipere p-
rietates: virtus nāqz que est mentis affectio in bonā
partem difficile cōmutabilis aduersat vicio quod ē
affectio in malaz ptem ipsa quoqz difficile mobilis
diuturnitate pdurans: cū igitur ipsum adaliquid pter
vllum aliud pdicamētuz intelligere nō possumus: pa-
trem. n. & filiu: dūm & seruū sū istam pderamus:
duplū & dimidiū sū quātitate sciētiā & ignorātiā
pauē dispositionis sū qualitate: suscipiet relatio di-
ria sū existentia predicamētoz de qbus relatiua di-
cunt. C Est pderandū qz prima qbus qualitatez ve-
rius dī relatio qz qualitas: vñ sciens sū sciētiā quā
adeptus est: maxime dī adaliquid. lz. n. sit spē equali-
tatis scia sū qz est in aia: sicut in subiecto: & aia de-
nominet sū qz dī sciens vel prudens: tm sū qz est in
se vel sū suaz generationē qua generat in aia maxie
est adaliquid: cognitio nāqz acgrī intellectui nulla mu-
tatione facta in ipso intellectu.


Secunda propositio talis existit: relatiuis
cōceditur ista proprietates que est
suscipere magis & minus sū scilicet cōditionē funda-
mentozū. Cōtra: inquit Boetius: cū quātitatez pro-
pziuz sit dicti equale & inēgle: & quātitas magis atqz
minus nō suscipiat nō suscipiet equale & inēgle ma-
gis & minus. Rē spondet: equale vel inēquale non
est quātitas cū sit propziū: sed est quedaz qualitas &
passio quātitatez. Alia solutio est: relatiua suscipiunt
magis & minus: vūmodo fundamētuz suscipiat ma-
gis vel minus: vel magis & minus: sunt q arbitranr
inēquale sū qz magis vel minus recedit ab equalē
suscipere magis & minus: ergo equale non suscipiet
magis & minus sed bene inēquale: vnde relationes
fundate in quantitate determinata non suscipiūt ma-
gis atqz minus: sed bene ille que fundant in quan-
titate indeterminata.

Tertia propositio est ista. Omnia relatiua ad
conuertentiam dicuntur: quibus nō est
dem casibus conuertentur: sed casu aliquotiens dif-
ferunt sū locutionem: & hoc tccirco euenit: quia om-
ne ad aliquid esse sūm ex alterius habitudine & com-
paratione trahit: requiritur ergo qz conueniens assu-
gnatio explice: nisi. n. relatiua conuertenter apten-
tur: conuersio nulla conspicitur: in omnibus autem
ad aliquid conuersionem expectari nō esse est: si ve-
ro desunt noia: ex eo qz prius dicitur nomen singen-
dū ē: sicut ex eo qz ē ala: qm id pri⁹ ad alatu dicitur:
que auis ad alam non conuertitur: denominatio su-
menda est vt dicatur alatum: atqz hoc idem & in cete-
ris relatiuis: licet intelligi: manifestum est: ergo quo-
nam in his quoqz que confesse sunt ad aliquid & in
quibus nomina sunt: non erit relationis propria cō-
uersio si non conuenienter & ad aliud ad qd proprie
dicitur assignentur: non referretur enim seruus ad ho-
minem: & dominus ad bipedem: nisi tāqz ad ea que
sunt illis accidentia. Sū autē relatiua conuenienter
assignata: quando vno permāte cunctis alijs pe-
reuntibus relatiuozum predicatio constat: & quo pe-
reunte cunctis alijs permanentibus ad aliquid pre-
dicatio non manet: illud est ad qd cōuenienter noia
relatio referretur. C Cōtra: Boetius duo inducit du-
bia que contra Aristotelē quidā culpandi studio po-
suerunt: in primis nō videtur solius relatiōis ad cō-
uertentiam dici: si quis enīz sic dicat: cū sol super ter-
ram ē: dies est: & cū dies est: sol ē super terrā: recipi-
unt hec quoqz puerfione: que p fesse a relatiuozū def-
initionē segregata sunt: ergo nō in solis relatiuis ca-
dit ista conuersio. Solutio est: propziū est hoc relati-
uozum sū aliqua habitudinem eodem modo conuer-
ti: qui. n. dicit: cū sol est super terram: dies est: & cum
dies est: sol est super terram: nullam habitudinē mō-
strat: sed tantūmodo consequentiā ostendit: conseq-
tur. n. super terrā solem esse: cum dies est: & cū sol su-
per terram cursum agat diem esse: cum vero aliquis
dicit: filius patris filius: & pater filij p3 habitudines &
comparationem & quodāmodo continentia vtrunqz
declarat: hinc est qz solet fieri differentia inter cōuer-
sionem que est proprietas propositionum vel termi-
nozū quatenus existunt in propositione: & conuer-
sibilitatem que cadit inter terminos qui de se inuicē
vniuersaliter predicantur: & conuertentiam que con-
sistit in mutua aliquozum habitudine. C Rursus ait
Aristoteles: esse hominē & bipedē accidere domino
& seruo. Cōtra: substantia nō accidit accidēti: quia
substantia nō est accidens: ergo. Solutio ē: interdū
consuetudinē Aristotelice est: que secundo loco ex-
trinsecus predicantur dicere sū accidens predicari
seruus aut prius ad dnm est: secūdo vero loco ad ho-
minem: ergo sū accidens dixit secūdo loco: volens
ostendere extraneā & non conuenientē fieri predica-
tionem: si quis ad hominē vel bipedem seruum & nō
ad dominum referat: & 2. de aia. 65. solutus suz dicē:
substantia accidit albedini sū qz est per se sensibilis
nō tamen absolute: vnde substantia nō pōt esse sub-
iectum accidentum propriozum: quatenus sunt im-
mutatiua sensuum. Sed vt entia sunt bene subiectū
tur illis.

Quarta propositio talis existit. Aliud relati-
uis propriū concedit qd est vt sint si-
mul natura. & si vno posito vel sublato: ponat aliud
vel pereat: & neutrum sit cā alterius: relatiua ergo for-

maliter sumpta sic se habere cōspiciunt: q̄ vnū non exigit aliud: neq; vnū prius est nā reliquo: quā ob rem subiectū prius est nā propria passione: cū p̄p̄tū perigat subiectū qd̄ quide; prius proprio palaz extitit. Contra: nō est in oibus relatiuis simul esse natura: nam cū sciētia & scibile relatiua sint: antiquius est scibile q̄ sciētia: qd̄ vero interposuit: in paucis vel nullis hoc q̄ reperiet simul cū scibili sciētia eē: sensus est s̄m Boetius: quasda; res animus sibi cōfinigit: que tunc sciuntur: cum ea sibi animus finxerit: & esse incipiunt qm̄ in opinione versant: & hec simul habent esse & sciri: in paucis ergo p̄spicitur vt simul cū sciētia scibile sit: sed quoniam nihil qd̄ in substantia non permanet neq; in veritate p̄sistit sciri pōt: sciētia. n. est rerum que sunt p̄prehensio veritatis: & q̄ quid sibi animus fingit vel imaginatiōe reperit: cū in substantia atq; veritate cōstituitur nō sit: illud potest sciri nō dicitur: atq; ideo nō est eorū sciētia vlla scircō dixit: in paucis vel nullis: vel dixit in paucis p̄pter moralia: & addidit in nullis: q̄ ipsa moralia vt p̄cepta precedunt sciam. Item scibili sublato aufertur sciētia: at si scibile esset cōstitutus: nō omnino sciētia cōsequit: vt circuli quadratura si est scibilis: sciētia quide; eius nūdum est: illud vero scibile est. C. Dicit Boetius: Aristotelis quide; temporibus nō fuit inuentū quadratū equale circulo: post vero reperit: cuius quoniam longa demonstratio ē pretermittenda est: Moderni volunt vt Brisoportiones lunares quadrauerit: eas & rectificando & incuruando: quod equalitate extensionis arguit nō cōtinentie. At Cōmetator fatetur portiones lunares quadrari posse: que q̄ circulum per diuisionē nō cōsumunt: ideo non colligitur circulus quadrari posse. Ostendo autē portiones lunares quadrari: supponēdo primo: si sit aliquis triangulus habens aliquē angulum rectū: quadratū factū sup eius base est equale duobus quadratis que ex duob; reliquis lateribus cōstituuntur: & est p̄positio. 46. primi elementorum euclidis. Suppono secūdo: signata vna linea recta & diuisa in duas partes equales: si ex illa fiat vnū quadratum: illud duplū inuenietur ad quadrata ex illis partibus equalib; cōstituta. Suppono tertio: talis est p̄portio circuli ad circulum: qualis est quadrati dyametri ad quadratū alterius: & est p̄positio secūda 12. Euclidis: his stantibus fiat vnus circulus cuius dyameter sit. A. B. C. deinde exeat a centro vna linea p̄pendicularis. B. D. deinde ducatur vna linea recta exiēs. A. D. & terminetur ad. C. & sit. D. E. C. & ita factus est triangulus habens angulū rectum in puncto. B. deinde ponat circulus cuius pes imobilis sit puncto. E. ipsius linee. D. E. C. & fiat circulus & apparebit portio lunaris que erit. L. F. D. p̄bas mō q̄. L. F. D. sit equalis. B. L. D. triangulo: naz p̄ prima suppositione: quadratū cōstituitur ex base. D. E. C. trianguli. B. L. D. est equale quadratis q̄ ex duobus alijs lateribus cōstituuntur: sed cū linea. B. D. sit equalis linee. A. B. ergo quadratus basis erit equalis quadratis ex laterib; A. B. & B. L. at per secūda; suppositione: quadratū factum ex linea. A. B. L. est duplū ad quadrata facta ex lineis. A. B. & B. L. sed cum quadrata. A. B. & B. L. sint equalia quadrato facto sup basi ergo quadratū. A. B. L. erit duplū ad quadrato super basi: & per tertiam suppositiones: qualis est p̄portio quadrati dyametri sui ad quadratū alterius: talis est p̄portio circuli ad

circulus: ergo cū quadratū dyametri circuli maioris dicatur esse duplū ad quadratū linee. D. E. C. que est dyameter minoris: ergo circulus ille maior erit duplū ad circulum minorem: ergo tantum valet. A. B. C. pars circuli maioris: quantum totus ille circulus: minor ergo medietas ipsius. A. D. B. C. tantum valet quantum medietas circuli minoris: nam si medietas circuli maioris valet precise totum minorem: ergo quarta pars circuli maioris valebit medietatem minoris precise: ergo tantum valebit. B. D. E. C. quantum. D. F. L. relicto modo illo cō. D. E. C. B. inferitur q̄ tantum valebit. B. D. E. C. quantum. D. B. L. sed cum. D. B. L. F. sit portio lunaris: ergo illa portio lunaris equalis erit. B. D. E. C. triangulo: constat autē q̄ quelibet figura triangularis quadrari p̄t: ergo pōt portio lunaris quadrari: iste autē portiones lunares: q̄ consumunt totā circūferentiā circuli & nō totū circuli: ideo licet ipse quadrari possint: circulus tamen ob hoc non dicitur quadrari: & iste error a Geometra soluendus ē: quia p̄cipia retinet geometrie: cum Antiphōte vero nō loquitur Geometer: qui quadratū circuli tollebat sectionem in infinitum: qd̄ apud mathematicos proloquitum ē & cōis quedam notio: hoc autē p̄cipiū continuum est diuisibile in infinitum p̄suppōit mathematicus simpliciter & absolute: & nō tanq̄ probatum in scientia naturali: p̄senti declarationi figure subsequeutes deseruiunt.



C. Rursus: si oīo animal non sit: sciētia quide; funditus interibit: nihil tamen prohibet scibilibus plurius esse. Scibile quoq; prius ē sensu: q̄ sublato qd̄ sentiri pōt: sensus oīo sublatus est: at si sensus deperat: scibile permanebit. Dicit Boetius: si cuiuslibet sciētia nō sit: ipsius quidem poterit per se remanere: scibile vero esse nō poterit: hoc idem de sensu: si gustus pereat: mel fortisā permanebit: gustabile autem non erit: ita si sensus deficiat: res quide; que sentiri poterant sunt: scibiles vero nō sunt sensu percunte. **Auerrois.** primo dicit. Itā sequitur res relatiuas q̄ sint contrarie: & exemplum illius sunt virtus & vitium. Contra: virtus & vitium nō maxime distant: ergo nō sunt contraria. Solutio est: virtus & vitium maxime distant in genē motum nō nature. Itē virtus nō refertur ad vitium. Solutio est

Itio est: sunt q̄dez relatiua: nō autē relatiue opposita pater & filius respectu eiusdē sunt relatiue opposita Amplius: virtus & vitium opponūtur relatiue ergo nō cōtrarie. Solutio est: illa que sunt tria nō sunt relatiue opposita: patet de sciētia & ignorātia dispositio nis. Item ait: & similiter recipit quoddā relatiuum magis & minus: at nō oīa relatiua suscipiūt magis & minus: & hec proprietates: vt cōter dicit: inest relationibus rōne fundamentoz. Contra: si nō intendetur respectus nisi merito fundamentoz: fundamentoz pmanēte nullatenus variato non inueniret intensio relationis & variatio: cōstat autē hoc reddi magis in e quale aucto aut diminuto altero: ergo. Item: si sint duo calores equalis intensiōis: vno remisso: & altero pmanēte: et dissimilitudo crescit: & intensio & remissio: auctoz diminutio relatiōis nō cōsequit cōditionē intensiōis & remissionis: auctiōis & diminutiōis fundamenti: iste rōnes sunt tante efficacite vt nōnulli affirmant relatiōes per se intendi & remitti absq; intensiōne & remissionē fundamenti. Dicendū tū est relatiōes neq; intendi & remitti absq; ope fundamenti aut termini: fundamentoz permanēte: variato termino: cōspicitur variatio relatiōis: & remissio caloz: potest eius dissimilitudo crescere: q̄ remissio attendit p̄nes approximationē nō gradū: dissimilitudo vero sibi datur in ordine ad aliud: iccirco ad saluandū istam propositionē: relatiōis inest hec proprietates: intendi & remitti rōne fundamenti: satis est q̄ nunq; variatur relatiō nisi facta aliqua variatiōe fundamenti vt termini. C. Rursus inquit: siue sit nomē relatiuum mutuo: siue duplū & dimidiū: siue sit vnū eoz determinatū a secūdo. i. mensuratū a secūdo: siue scitum & sciētia: & sensus & sensatū. Sensus est: relatiua mutua sunt quoz vnū non est prius reliquo: veluti sunt relatiua prius & secūdi modis: relatiua vero quoz vnū est determinatū a secūdo sunt relatiua tertij modi p̄ modū. s. mensurę & mensurati. C. Item inquit sed expositores solūt hanc dubitationē p hoc q̄ capiuntur sensus & sensatū: & sciētia & scitū siue in potētia: siue in actu inueniunt simul: & sic est vera in illis illa p̄prietates: sed dubiū p̄fertur: cū capitur vnū ipso rum in potētia & aliud in actu: sed postq̄ fuit intensio que est in potētia nō famosa distulit solutionem huius dubitatiois ad locum alius: p̄opterea q̄ ipse loquitur hic in istis rebus s̄m locū famosū. Cōtra: cōtento est in dictis Auerois nō despicienda. 2. de anima. 142. affirmat sensus & sensibile dicta s̄m potētiā nequaq; cōverti: hic vero asserit sensus & sensibile: siue ambo in actu: siue ambo in potētia sumantur dici ad cōuertētiā: & nō si vnū in actu: & alteruz in potētia sumptū fuisset. Solutio est. Dico primo sensatio & sensibile in actu vniuersaliter refertur itaq; si sensatū est: sentiens est: & cōtra: & si sensibile actu imutat sensum: sensatio est: & cōtra. Dico secūdo sensibile in potētia & sensus in potētia absolute sumpta cōverti q̄ v3: sensibile est ergo sentiens est: vel pōt esse & cōtra: non tū vbiq; tangibile ibi pōt ē tactus: q̄ in cōcauo lune est ignis: ibi tū tactus esse non potest. Tandem est diligenter aduertendū: que dam relatiua esse ad que sequūtur eorū: correlatiua mediante hoc verbo est: alia ad que sequūtur mediāte verbo potest vel fuit vel erit: non. n. valet scibile est ergo sciētia est: sed sequitur: est vel potest eē: si militer prius est: ergo posterius est: nō valet: sed infertur: est vel erit: posterius est ergo prius est vel fuit:

& ordo rerum exposcit q̄ remoto priori auferat posterius & non e converso. **Habet autem questionem.** Sentētia: huius partis stat in hoc. Nō ideo aliquid relatiuū esse dicitur: quoniam alterius esse dicitur: s; tunc merito res aliqua relationis nomine continētib; quotiens non soluz ad aliquid dicitur: sed hoc ipsuz esse eius ad aliquid est quodāmodo se habere: quare neq; p̄ime substantie: neq; earū partes erunt ad aliquid. Sicut neq; substantie secunde: neq; earum partes vocabuntur ad aliquid: si tamē ad aliquid essent que alterius esse diceretur: partes substantiarū secundarū integrales fortassis eēt ad aliquid: manifestū est ergo quoniam ea que sunt ad aliquid: si diffinitē ad aliquid esse sciuntur: etiā illud diffinitē sciendum est ad qd̄ illa referuntur: & dicit Aristoteles. Similiter autē hoc ad aliquid si nouit aliquis qd̄ melius ē diffinitē: & quo melius est necessariū est nosse: indiffinitē autē si sciat: q̄ est petore melius: opinione id q̄dez tale est sic nō disciplina: nō enim sciuit subtiliter quo est petore melior: si enim sic contingit nihil est peius eo propter hoc: quasi dicat: q̄ hoc nō pōt esse sciētia q̄ hoc sit melius nisi sciat determinate quo sit melius determinate: & propter hoc q̄ aliquis imaginē hoc esse melius dūmodo nesciat quo determinate sit melius: nihil est peius. i. nihil potest esse peius: & per cōsequēs: neq; hoc scit esse melius: ergo que sunt substantie vt caput & manus que scilicet sunt relatiua s̄m dici possunt sciri absq; hoc q̄ sciatur cuius sunt: iccirco non sunt relatiua: ergo nulla substantia ad aliquid existit: & vt ad maiorem exercitationē: consideratio: neq; retiocaret: dixit: fortasse autē difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare: nisi sepe p̄tractata sint: dubitare autem de singulis: cū ratione nō erit inutile. C. Dicit Boetius: si quis. n. operto capite atq; omnibus membris manū foras exerat: mani festum est qm̄ manus illa alicuius manus est: cuius autem manus sit: dicit diffinitē nō pōt. Similiter quoq; operis oculis: facteq; velata: si cuiuslibet caput p̄p̄tias: illud quidem caput alicuius esse nō dubitas: cuius autem sit diffinitē nō p̄feres: ergo in substantijs non est verum: qm̄ si quis aliquid horum alicui esse nouit: & ad aliquid aliud refert: iccirco & ad quā refertur diffinitē sciurus est. **Auerrois.** primo dicit: sed manus & caput igitur super hoc q̄ iaz putatur q̄ multe substantie intrans relationem: nisi quia nō iam fuerit sufficiens diffinitio rerum relatarum: cū diximus q̄ relatiua sunt res quarum quiditas dicitur in cōparatione: sed si ē descriptio verā habetur solutio huius dubitatiois: non erit solutio possibilis: & illud est: q̄ iaz apparet ex re hac substantie. i. ex hac dubitatione q̄ quiditas eius dicatur in cōparatione: sed si est descriptio vera rerum que sunt relationes q̄ vtreq; sunt due res quarum virtus quiditas dicitur in relatione ad cōparez sibi ex parte inuentionis illius quiditatis quasunt relatiue ad contunctū suū in quaq; spē accidat speciez relationis. Sensus ē: s̄m primam diffinitio nem relatiuoz: alique substantie sunt ad aliquid: at s̄m secundā nulla substantia est ad aliquid: & hoc est q̄ Auerois subiungit: diffinitio nazq; prima cōsequitur omne qd̄ numeratur in principio cogitationis. i. primo aspectu relationū: sed hec diffinitio sequitur

quidem in eo qd est relatiuū in veritate nō fm pincti-
pium cogitationis. i. nō primo aspectu. Cū itē ingit
vult qdem in hoc in eo qd cogitat qd descriptio capi-
tis n est significans sup sbam & est quidē relatiuū ad
hominē nō ex relationis nā sed pp relationē accidē-
talem. i. que non est in substantia rei relate & est quam
cōtinet relatio prima. i. accidentalis: sed illud qdem
in cuius amboz substantia ē relatio sicut paucū & mul-
tum: quoniam vtrūqz ipsoz est in substantia sui cōpa-
ris & illud est quod cōtinet descriptio secūda. i. vera.
Sensus est: ly caput nō ponit in diffinitōe hominis
ex quo refertur relatione accidentali. i. est relatiuū fm
dici tm: non fm esse. Cū aduertēdum qd isti termi-
ni manus & caput ex sua significatōe designant sbaz:
& ex modo significādi importāt relationē: neqz aliq
substantia pōt ponē de numero relatiuoz fm esse:
relatiuū nāqz fm esse id est quod hz essentia depen-
dentem: que qdem essentia nō est aliud qz ipsa habi-
tudo ad aliqd. Cū rursus notandū qd vnu relatiuū
cadit in diffinitione alterius tanqz terminās depen-
dentiam illius: concipiuntur quoqz duo correlatiua
eodem actu intelligēdi: vnu. n. relatiuū cōprehēdi
nō potest alio non intellecto.

Digressio.

Sermo de relatiuis duobus pficiatur docu-
mētis primū sit tale. Genus relatio-
nis est vnu: hoc fundamento: q: relatio fm vna rō-
nem enūtiatur de oibus suis inferioribus: que qdes
rō est habitudo vnus ad aliud: vñ oibus his que in
hoc genere collocantur satisfaciunt vnum interrogatiuū:
& requirunt quattuor ad relationē: fundamentū: ter-
minus: ratio fundandi & terminandi: & capit relatio
suum esse reale vel rōnis a rōne fundandi & terminā-
di: ab hoc ergo p̄dicamento excludit̄ dicitio que est
inter ens & non ens: nulla item relatio rōnis in hoc
genere inuenit̄: nec idētitas: neqz relationes funda-
te si que sint que fundentur sup intētiōes secūdas.
Cōtra: cōtradictōriū hoc ipsum qd est: est cōtra-
dictōriū dicitōriū: & idem hoc ipsum qd est: est eidez
idem: & genus hoc ipsum quod est: est speciei gen^o.
Solutio est: nullius eozū esse est ad aliud se habere:
aliud. n. est differentia entis simplr realis. Cū rursus
suis: relatio que est genus supremū: fm quā aliquid
dicitur relatiuū: eozū sit p̄ncipiū referendi ad aliqd
relatū fm eandēz formā ergo est relatio equiparantē:
& relatiuū denoiatur ab ea erit relatiuū equiparantē:
ergo oēs relatōes & relatiua inferiora erunt equipar-
antie. Solutio est: relatiuū epperantie proprie sum-
ptum est aliqd relatum ad aliud fm eandēz formam
specie: a qua imponitur vnūz nomē: quod de vtroqz
extremo relationis talis dicitur: veluti sunt simile &
equale: transumptiue vocat relatiuūz epperantie oē
aliud qd eodem noie denominat vtrūqz extremūz lz
illud nomen nō imponat ab vna forma specie: & hoc
scdo modo fateor: relationē que est generalissimū ēē
relationem equiparantē: & relatiuū ab ea dictum ēē
simpliciter relatiuū epperantie: dicitur. n. relatiuū
relatiuū relatiuū: at relatio primo modo sumpta spēs
est relationis: & ita oīs relatio inferior est epperantie:
ad hunc sensum: qz est p̄ncipiū referendi ad aliqd
dictum fm eandēz formāz genere: vtrūqz. n. extre-
mūz eodem generis noie nūcupatur: verūz nō quōs
relatio est p̄ncipiū referendi ad aliqd fm ean-
dem formā spēs: extrema nāqz nō explicant temp eo/

dem nomine speciei: vnde dicitur pater fm formam
generis: relatiuū relatiuū: & fm propriam formāz pa-
tris: dicitur pater filij p̄: & hec est cā qd cōter dicitur:
relatiuū in cōi nō refertur ad correlatiuū sibi ade/
quatum: tale. n. relatiuū refertur dūtaxat pro suo
inferiori: & non oportet assignare fundamētū p̄p̄riūz
relatiuū in cōi.

Secundum documentū sit tale. Cū cor-
relatiuū ponitur in diffinitio-
ne alterius tāqz terminans dependentiā illius: diffi-
nitio. n. quiditativa traditur per p̄iora fm naturāz:
correlatiua aut sunt simul natura. Et cū in predicamē-
to relationis inueniatur genera & differētie: poterūt
relationes p̄dicamētales diffinitione quiditativa
describi: vnde licet tota essentia relationis sit ad ali-
ud: illud tamen aliud nō est d essentia relationis: sed
dūtaxat illa habitudo que quidē habitudo p̄p̄hen-
ditur sub genere & differentia que sunt ad aliud: & cū
relatio in sit fundamento & sit ad terminū: essentialior
est habitudo ad terminū qz ad fundamētū: depēdet
nāqz relatio duplici dependentia. Dependētia rela-
tionis ad terminū nō est dependentia posterioris ad
p̄rius cui inhereat subiectiue: quoniam relatio nō ihe-
ret termino. Item talis dependentia nō ē dependē-
tia alicuius in diuisi & indistincti ad id a quo ē inditū-
sum & indistinctū: qz relatio est diuisa & distincta lo-
co & subiecto a termino. Rursus dependentia relatio-
nis a termino nō est dependentia causati ad cām effici-
entem vel totalem vel partialē: qz fundamentū solet
assignari causa sufficiens productiua relationis: vel
p̄ducens fundamētū producti & relationē: & sunt q
arbitrantur filiū cōcurrere vt causa partialis ad cau-
sandam paternitatē in patre: nō erit itaqz terminus
causa ip̄s relatiōis subiectiua & materialis: neqz for-
malis: neqz effectiua & conseruatiua: ergo terminus
ponetur in diffinitione relationis tantūz extrinsecē:
dependentia. n. relationis ad terminū ē quedā coexi-
stentia: qz coexistit ipsum terminū: sicut illd sine quo
nō: qz nec producit: nec cōseruari a quocūqz pōt sine
termino. Nec sunt que circa predicamētū relatiōis
quenter opinantur non omnem caliditatem omni frigiditati aduersari: sed caliditas tante vel tante intentionis opponitur contrarie frigiditati tante vel tante intentionis. Ego autem teneo formas ea ratione contrarias dici: quod eis repugnat stare simul in eadem parte sine actione et reactione: non est enim dubium quod in corpore vivente sunt contraoperationes qualitatibus contrariarum que stant simul: licet non stent simul ab actione et reactione: et idem putandum est esse: in quovis mixto: non est enim lapis qui in illo sint contrarie qualitates in eadem parte propter ipsum esse mixtum ex contrariis qualitatibus elementorum: quare inferendum est in omni mixto inveniunt alterationem ab intrinseco: et omne mixtum habere in se causam sue corruptionis propter assignatam causam. Contra: species rerum sunt impmixte: ergo nequit frigiditas cum calore admisceri. Item omnia que sunt vnum alterum se habet ut actus et alterum ut potentia: et vnum est perfectio alterius: sed vnum contrarium non perficit aliud: sed corrumpit ergo. Solutio ad primum fit talis: qualitatibus et elementis possunt concedi varia esse: esse scilicet perfectissimum: quando naturalissime disponuntur: esse perfectum hinc perfectionem sue speciei: et esse diminutum et potentiale. Tunc dico primum: calidum hinc esse perfectissimum nullatenus cum frigido esse commiscibile. Dico secundum: calidum hinc perfectionem sue speciei non est cum frigido hinc esse perfectum accepto permiscibile: quia calidum et frigidum hinc sunt species opposite nequeunt permisceri. Dico tertium: frigidum hinc esse diminutum cadit in compositione cum calido hinc esse perfectum: quatenus videlicet calidum seivgitur specie a specie tepidi. nam cum hoc quod calor ignis retineat speciem caloris: stat quod in calore ab aqua iducatur: quedam dispositio ad frigiditatem: vel gradus frigoris per quem tamen calor non recedit ab eius specie: imo manens in sua specie ducit frigiditatem ad eius speciem. Solutio ad secundum est: quando calidum hinc perfectionem sue speciei admiscet frigido hinc esse diminutum: calidum habet rationem actus. et frigidum rationem potentie: gradus enim intensus et remissus virtualiter continentur in forma intensa et remissa: et ratio est: quod licet remittens calor non producat purum frigus: generat tamen quodammodo frigus inquantum calor continens ipsum generat calorem magis et imperatius: et magis appropinquantem ad frigus. Contra: Rursus: quando aliqua sunt eiusdem rationis: cuiusque contraria vnum et aliud: sed velle sortis contrarie opponitur ad nolle sortis: ergo velle Platonis opponit contrarie ad nolle respectu sortis: sed velle respectu sortis: et nolle respectu Platonis etiam in gradu intensissimo possunt simul stare in eodem ergo contraria mutuo non se expellunt. Solutio est: sunt qui tenent volitiones et nolitiones respectu diversorum hominum differre specie: et similiter plures paternitates respectu diversorum filiorum: plures enim paternitates respectu eiusdem reiterati differunt tamen numero: ergo vel dicat volitiones et nolitiones non hinc hinc: vera namque hinc hinc proprie solus concedit qualitatibus de tertia specie.

Quartum documentum est qualitates contrarie sunt hinc esse truncatum in eodem subiecto adequate compossibiles: caliditas enim ut quattuor compossibiles est frigiditati ut quattuor: et quilibet gradus caliditatis circa sumum interiorum gradum medio latitudinis caliditatis est necessario compositus frigiditati que tamen exceditur intentione a gradu medio

medio totius latitudinis frigiditatis: quantum iste gradus caliditatis excedit gradum medium sue latitudinis: hoc namque preceptum est vniuersale: ut quantum intendatur de vno contrario in vno subiecto: tantum remittatur alteri: contrarium: alter latitudines non essent complete terminate ad. Item non quantum vnum contrarium distat a non gradu: tamen alterum distat a sumo. Rursus non esset possibilis reactio: quia approbo non solum hinc qualitates alterius contrarietatis: verum et hinc qualitates eiusdem oppositionis. Item: ab igne et aqua aer medius alterari non potest: nec tu ab igne et nunc distans per pedalem distans tuas calefieri et insurgidari posses. Item si non essent qualitates contrarie compossibiles in eadem parte subiecti: ignis aqua calefacies tota caliditate in momento produceret: ex quo produceret ignis nihil causat caliditatis: donec tota frigiditas sit consumpta: ergo post eius interitum causatur tota caliditas et simul: cum non sit maior ratio: quare prius causaret vnam partem quam aliam. Item quod calidum agit in frigidum: aut calidum totam destruet frigiditatem vltimam ad non gradum: anteque caliditas inducatur: aut licet successiue perit frigiditas: ita successiue inducat caliditas: non potest prius affirmari: quia ubi sume frigidum esset applicatum vni parti ignis: tunc illud frigidum destrueret tota latitudinem caliditatis ignis anteque induceret aliquem gradum frigiditatis: et sic stat ret ignis abique calore. Item: nihil esset altero calidius: nec albius: nec dulcius: esset enim esse calidius diuis calidum: cum calori nunquam aliquis gradus frigoris admisceretur.

Quintum documentum tale est: opposita privatiue sunt illa que habent fieri circa idem subiectum ordine irreflexibili: et tempore determinato a natura: vnde privatio non est ens: cum nihil aliud sit formaliter quam negatio. s. methaphysice. 27. connotat tamen subiectum aptum nature: et ita volo quod negatio et privatio non sint extra animam secluso actu intellectus nisi fundametaliter: non formaliter: vnde dicitur privationes esse in rebus denominatiue. i. tales oppositiones sunt vere: ma est privata: oculus est cecus: possunt enim subiecta denominari a non entibus denominatione negatiue: imo dixerunt aliqui quod prius natura negatiue ma est privata quam formata: quod privatio concedit materie quatenus est ex se: forma recipit in ma ab agente naturali educente eam de gremio materie et est consideranda privatioem taliter distinguitur qualiter habitus: quibus opponuntur: non tamen opponuntur veluti et forme: quod privatioem formam oppositarum sunt simul in ma compossibiles: non tamen forme: privatio itaque licet nihil sit: tamen est per se terminus a quo generatio: quod eodem est mutatio realis: non quod extrema sint realia et positiva: sed quod tendit ad terminum ad quem positiva. Rursus non est materia sua privatio: tamen quod materia potest esse sine tali privatione: tum quod materie accidit privatio: nihil autem accidit sibi ipsi: tum quia materie est admixta privatio: materie autem non est admixta materia quia: cecitas non est cecum esse: tum quod privatio est negatio: et per se non ens: ma non est negatio: sed est pars defferens formam. Et si omnis forma potest esse a materia circumscribere: ipsa non esset privata: quia privatio forme substantialis necessario et inseparabiliter composita forme: neque ma potest dici privata privatione: quod privatio non est entitas positiva: sed privatio potest esse ab ea negari: quare potest concedi quod ma et privatio sunt idem realliter privatiue. i. inter hec duo

solum est vnum ens reale: et quod aliqua sunt idem realiter privatiue: stat quod vnum illorum sit: altero destructo: ut solius sui dicere de variis esse vni forme concessis.

Sextum documentum est affirmatio et negatio eiusdem de eodem: et sciendum quod vnum vni tantum opponitur contradictione in complexis: et ratio est: quod nulla propositio negatiua est contradictoria huic: sortes est homo: nisi ista: sortes non est homo: quia si variens terminus non est contradictio: cum contradictio sit vniuersi et eiusdem affirmatio et negatio: affirmationi autem simpliciter si vna tantum opponitur negatio: vnde sortis non vna tantum opponitur negatio tantum sed plures: quia negatio simpliciter non numeratur precise ex affirmatione qua negat nec ratione negati: sed numerat ad numerationem subiecti suo modo: veluti accidentia propositiva: negatio autem sortis de omni alio a sorte predicta: et est in illo subiecto a quo negatur: non enim eadem negatiue negatur sortes a lapide: rosa: boue: et omni alio positivo: immo numerantur negationes hinc numerum subiectorum: licet de oppositis dixisse sit satis.

Prius autem alterum altero.

Presenti parte differit Aristoteles que priora dici possunt: que posteriora: et inia stat in hoc. Dicitur prius proprie hinc tempus: vnde dicitur loquimur hinc temporis precessionem: aliud antiquius: aliud senius dicitur antiquius quidem in his que inanimata sunt: senius vero in his que anima non carent. Item prius in secunda significatione id est a quo non conuertitur sub sistendi consequentia: et hac prioritate vnitas est prior numero: et quoduis superior inferior. Amplius tertius modus prioris iste est: qui hinc nexum cuiusdam ordinis in qualibet arte est constitutus: et vocatur hec prioritas hinc ordine. Preterea dicitur prius quod est melius et honorabilius: et iste modus prioris pene est alter: nullus: et ratio est: quia plurima meliora sunt posteriora: et dicit Boetius: alienissimus modus est a significatione prioris hic quartus qui nunc dicitur est modus: etenim de his melius dici potest: ut dicatur venerabiles et honorabiles: ut vero priora dicatur: abusio potius quam vlla proprietates. Postremo id prius vocatur inter ea que conuertuntur secundum essentiam consequentiam: quod alterius quomodolibet causa est: ut si homo est: et ista propositio: homo est: sit: illa est vera: et si ista propositio: homo est: vera: homo est: tamen prius homo est: quam ista propositio sit vera homo est.

Est primo aduertendum. Solus secundus modus qui est in consequendo est ad propositum hic: hinc quem dicitur genus prius specie: et quintus etiam videtur satisfacere: qui est in causando: quia substantia est causa omnium accidentium: alij tres modi qui sunt tempore: et ordine et honore traduntur non primaria intentione: sed ut per illos manifestetur modi principaliter intem: modi assignati. s. methaphysice hic relinquuntur: vnde prius et posterior sumuntur in tempore per comparationem ad presentem: nunc signatus: sed contrario in preteritis et futuris: quia in preteritis re motus ab hoc nunc est prius: in futuris propterea hinc nunc est prius. Rursus considerandum est: secundus modus si dicitur prius hinc natura: sed hinc consequentiam: et quintus modus prius hinc natura vel hinc causalitatem: pars enim integralis sine qua totum esse non potest: est prior toto integrali secundo modo prioris.

Simul autē dicuntur. Disputat Aristoteles de his que sunt similes: et sententia stat in hoc. Secundum tempus simul esse dicitur que vno tempore edita atque plura sunt. Secundum vero naturam simul esse prohibentur: quecumque invicem ad se convertuntur cum altera res alterius subsistendi: neque causa sit: neque principium. Item illa quoque simul esse dicuntur: que equali divisione sub genere ponuntur. Contra: causa est ad cuius esse sequitur aliud: sed ad esse unius relationi sequitur aliud ergo unum est causa alterius. Dicitur verum esse illative: non causaliter. Item: non ne differentia perfectio est causa imperfectioris: dico respectu generis illas esse coequas: inter se possunt habere rationem causalitatis. Errant recedentes dicitur aliquid esse simul disciplina: quia nulla duo sunt simul discenda.

Motus autem species sunt.

Nunc Aristoteles de motibus tractat: et extendendo nomen motus: sex species motus esse pronuntiat: generatio et corruptio pertinet ad substantiam. Augmentum et diminutio quantitati attribuuntur: secundum vero qualitates inveniuntur commutatio seu alteratio. Cuius autem accipitur per motum localem. Et sumitur motus pro forma fluente: quod motus pro fluxu forme est in genere quantitati: motus autem formalis in genere inveniuntur passionibus. Amplius: alteratio est mutatio ab alijs distincta potest namque esse alteratio absque alio motu: ut quod in sole diutius stetit: si ex candido niger est factus: commutatus quidem secundum colorem dicitur: non tamen generatus est aut corruptus: nec vero illi aliquod vel incrementum factum est vel diminutio: sed nec loci translatio ulla est: potest enim aliquid vno eodemque loco consistens aliquid extrinsecus venientibus passionibus commutari. Item alij motus ab alteratio potest esse sine alteratio: potest enim aliquid crescere et decrescere propter qualitatis commutationem: crescit quidem quadratum: si addat gnomonem: non tamen alteratur: et sublato gnomone diminuit quadratum: sed non commutatur. Preterea motus quatuor species sunt: spiritus vero motus et quietes et motus aduersus: non quietes in terminis in ad quos: sed in terminis a quibus.

Et obseruandum quod proprie augmentum et diminutio inveniuntur in viuente subiectis. Rursus motus opponitur motui secundum quietatem: et quieti secundum priuationem et habitum: tamen enim unum vni aduersus in eodem genere oppositionis: est autem priuatiua oppositio qua formaliter opponuntur priuatio et habitus: vni motui qui est ex albo in nigrum: prius quietes qui est in albo: et quietes qui in uno loco trahitur: aduersus motum qui de imo sursum versus agit. Simul autem et quietes sunt: que in suis sunt: si motus quidem sunt: ergo et quietes: quietes namque in sanitate quieti in morbo sunt: est enim dicendum eam quietem opponi motui: que habet in termino ad quem deest res: nam terminus ad quem est finis: nullus autem finis opponitur motui: quo finis accipitur: est namque quietes in termino ad quem perfectio motus et perfectio non est sunt et cuius est perfectio. Contra: quatuor in termino ad quem est priuatio motus ergo non est perfectio motus. Item per talem quietem motus euanescent ergo illa quietes motui aduersus. Item: motus definit in termino ad quem accipitur: ergo quietes non erit perfectio motus. Solutio est: perfectio motus accipitur in termino motus ad quem itaque forma in termino ad quem illam non habet imperfectio: nam quam habebat dum motus celebraret: et hec est causa

quod solitus sum dicere: formas preparantes materiam pro intellectu perfici in aduentu intellectus: etiam deficientes esse: quia ille forme: que apud me vocantur inchoatio particularis: a natura instituta fuerunt: ut per ipsas intellectus acquireret: ita in proposito a natura institutus est motus: ut per ipsum acquiratur terminus motus. Sed de his tractare pertinet ad primam naturalem.

Habere autem multis.

hoc: habemus disciplinas aut virtutes: habemus et quantitates bicubitales et totius adiacentiam: habemus vestimentum vel tunicam secundum partem adiacentiam: habemus anulum: manus et pedem: et possessionem. Cuius dicitur hic vixores et econtra. Item omnis effectus habet causam: omnis scientia vendicat sibi subiectum: omnis species substantie proprium habet genus et propriam differentiam. Dicitur tamen genus hic species et differentias. Sed forte quis dubitabit. inquit Boetius: cur cum hic superius in genere nominauerit: nunc id ipsum equiuocum ponat: sed hec questio ita soluitur: non absurdum est idem predicamentum nunc vniuocum: nunc equiuocum predicari: vniuocum: ut superius quidem eiusdem speciei exempla proposuit: ut est calciatum esse: vel armatum: horum enim talium genus est: equiuocum vero ut in his modis quos superius exposuimus. Hec sunt que circa librum predicamentorum Aristotelis pro oportunitate loci et temporis vobis explicanda proposueram. Sequenti lectione librum de simplicium propositionum natura deo fauente auspicabimur.

Ceteri bacillerij Bononiensis Lectura in librum de interpretatione Aristotelis et Averrois quam quidem ordinavit Joannes Baptista Landolphus Papiensis artium cultor preclarissimus.



Rimum oportet

constituere. Postquam Aristoteles prime intellectus satisfactionem operationem in libro predicamentorum. Cuius porphyrius et auctor sex principiorum adminiculabantur. Presenti volumine de simplici enunciatione disputaturus est: propositiones namque simplices et predicatiue ad demonstrationem conducunt: ad quam quidem liber iste prima ordinatur intentione. De enunciatione hypothetica et non simplici nihil ad presens: regulat itaque liber iste de interpretatione secundam intellectus operationem: que propositio nuncupatur et diuisio. 3. de anima. 2. 1. Ceterum tamen anteaquam ad ipsius Aristotelis verba descendam: premittenda sunt nonnulla documenta: quibus et subiectum et ordo et titulus huius libri aperiantur.

Primum itaque documentum sit tale. Propositionio omnis aut categorica est: predicatiua dicitur: aut hypothetica est: omnis propositio hypothetica: aut per connectionem sit: aut per diuisionem: auctore Boetio libro primo de syllogismo hypothetico: at secundum doctores de via ceteri sub propositione hypothetica comprehenduntur: copulatiua: disiunctiua: conditionalis: causalis et temporalis. Partitur autem propositio categorica: quod alia est de inesse: alia

alia modalis et composita et diuisa. Item inuenitur propositio affirmatiua: et negatiua: vniuocis: particularis: indefinita et singularis: sunt et alie de presenti: quedam de preterito: nonnullae de futuro: reperiuntur propositiones de recto: et de obliquo: et quandoque obliquus ponitur a parte subiecti: sepe numero inuenitur a parte predicati: et de his omnibus propositionibus presenti volumine vel prima vel secunda intentione loquemur.

Secundum

documentum sit tale. Enunciatio simplex est subiectum huius libri: cuius quidem premissis diffinitio tanquam principium scientie: et est id quod principaliter consideratur: ad quod omnia hic considerata reducuntur: licet enim multa hic pertractentur notoria tanquam ipsa enunciatione: nihil est tamen notius tanquam quod a via attributionis ipsa enunciatione.

Item

huius nomen interpretationis maioris sit communis quam nomen enunciationis: inscribitur tamen liber de interpretatione: non quod de interpretatione hic agatur: est namque interpretatio vox aliquid per se significans: sed quia de aliqua interpretatione disputaturus erat: ponit liber inscribi de interpretatione: veluti inquit Boetius: si quis de homine disputans titulum operis de animali posuisset: quod non de animalibus: tamen quod de aliquo tractatus esset: recte de animali libro nomen imponeret. Et cum propositio et enunciatio differant ratione solum: secundum scilicet intentiones nominum: quoniam enunciatio secundum esse enunciationis et secundum rationem nominis refertur ad rem designatam et interpretata per enunciationem: propositio autem et enunciatio scias sub forma syllogismi: et alii cum multa attribuantur que non concedunt interpretationi et enunciationi: veluti est habitudo trium terminorum: qui in subiecto inueniuntur et predicato: sine qua quidem habitudine non existunt propositiones et conclusiones partes syllogismi: de propositionibus fuit determinatum in libro priorum: ubi de forma syllogismi et de eius potestate agabatur: at enunciatio et interpretatio hoc non consentit: sed his conuenit dicere verum vel falsum: vniuociter et particulariter: infinite et finite. Est et enunciatio vniuocis et multae: contradictoria et contraria: que conditiones sint syllogismi completionis et figura reperiuntur: siccirco de his presenti libro hac ratione tractandum est: quantum ergo enunciatio efficiatur pars demonstrationis: non quouis modo: sed subinducendo rationem propositionis vel conclusionis: quia tamen in propositione reseruat significationem veri aut falsi: pro tanto scientia de enunciatione que est oratio verum significans vel falsum: deseruit cognitioni propositionum et conclusionum: ex quibus quidem tota perficitur demonstratio.

Tertium

documentum sit tale: Quia forma syllogistica pari filo quantumque materiam: necessariam scilicet et probabilem et contingentem respiciebat. Ideo in libro priorum non in merito versus fuit Aristoteles terminis ignotis nullam determinatam materiam concernentibus: terminis enim certe determinatis materiam tali forme non consentiebant. At licet de enunciatione hic agatur: quantum indifferens est ad enunciationes et propositiones demonstratiuas et dialecticas: quia tamen consideratur hoc in libro enunciatio: pro ut est vox ad significationem rei relata: a qua accipit et affirmationem et negationem et vniuocis/tem et particularitatem et multitudinem: qua de re secundum diuersitatem significationis diuersis terminis sit constitutio interpretatio: pro tanto termini ignoti enunciationis hic considerate non debite conueniunt: et precipue quod enunciatio non est perfecta: cum de re putet non potest: hoc autem terminis ignotis commode fieri non potest.

ait Albertus: si quis ad notitiam ignota per notum venire contendant: exiguntur tria. Primum quidem interpretatio rerum per vocem interpretatiua. Secundum: complexio eorum que interpretata sunt ad consequentiam unius cum altero. Tertium probatio quod sic sit et non aliter. Primum quidem exequitur Aristoteles in duobus de interpretatione voluminibus. Secundo satisfaciunt duo libri priorum. Tertium absoluit libris posteriorum et topicorum.

Differt

hic in predicamentis. n. e. inchoatio significationis a re: et terminat in voce: est enim inquit Albertus liber predicamentorum de decem vocibus prima principia significatiua: et secundum rerum proprietates: non vocum: hec autem scientia de interpretatione eo quod interpretatio que per sermonem est inchoatur in sermone sine voce et terminat in rem: quod aliter non esset interpretatio: et ob hoc multa dicuntur de interpretatione que accidunt ei in quantum est in voce: his ergo constat et subiectum et ordo et titulus et modus considerandi huius libri de interpretatione: quare que quoniam predicata erant explicauit: nunc ad serie verborum Aristotelis et Averrois veniamus.

Partitur

autem primus liber de interpretatione mea consuetudine in quatuor capitula. Sententia stat in tribus propositionibus. Prima est. Determinandum est de nomine: verbo: negatione: affirmatione: enunciatione: et oratione: oem namque orationem constituit nomina et verba. Sunt autem quinque orationis principales differentie: deprecativa: imperatiua: interrogatiua: vocatiua et enunciativa: enunciationis due sunt species altera affirmatio: altera negatio: facit autem Aristoteles duntaxat mentionem de nomine et verbo: tum quod ex his simplex enunciatio constitui potest: alij partibus non concurrentibus: non potest autem oratio enunciativa inueniri nisi vna harum duarum partium: quarum vna habet rationem materie: altera rationem forme: tum quia ad nomen et verbum cetera orationis partes ordinari videntur: sub nomine comprehenditur pronomen: sub verbo aduerbius: nomini et verbo prepositio deservit et coniunctio a nomine pariter et verbo participium parte recipit. Sunt tamen inquit sanctus Thomas quedam orationis partes que magis colligationes partium orationis significantes habitudinem unius ad aliam quam orationis partes nuncupari merentur. Determinatur tractatum de hypotheticis propositionibus: cum ex his syllogismus categoricus non componatur: cuius quidem institutione formationemque intendit Aristoteles. Quod autem prius negationem postea proposuerit affirmationem: nihil interest: cum oem species eque subiectis sint et vni generi equaliter supponantur: quo circa si affirmatio et negatio enunciationis species sunt: rectum est qualibet earum prius indistincte proponere. Dicit Albertus: si negatio sequatur affirmationem secundum naturam tamen quod oppositio complexus in negatione ob hoc aliqui proponit affirmatiui: precipue ubi agit de affirmatione et negatione: prout sunt principia propositionis: sicut sit hic.

Secunda propositio talis est. Ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum sunt notes: et ea que scribunt eorum que sunt in voce. Nec propositio ideo introducta est ab Aristotele ut signorum verissima haberetur significatio. Sensus autem talis est: res: passio aie: vox: littera: ita se habent: rem passio aie immediate significat: passionem aie voces designant: ipsas vero voces littere important et horum quattuor due sunt secundum hominum positionem: voces scilicet et littere: totidem naturales: passio videlicet aie et res: quorum inquit he primorum notes: eedem omnibus passionis aia sunt: et quorum he similitudines res iam eedem. Sensus est: quemadmodum nec littere sunt eedem: sic nec eedem voces: quorum ergo he voces significantur sunt: id est passionum anime: he sunt apud oes eedem: significant autem voces illa que sunt in intellectu: ergo naturalis est apud oes homines amini conceptio: atque anime passio: tres quartum passionis aie sunt similitudines sunt naturaliter constituta.

Tertia propositio talis existit. Voces simpliciter sine vero aut falso: complere eorum vero et falso reperiuntur: veluti et conceptuum quidam verus aut falsus: quodam sine veritate existunt et falsitate. Quo fit ut noia et verba nationi aie sine compositione vel divisione similia sint: et non solum illa noia vel verba falsitate ac mendacio separata sunt: quecumque simpliciter dicuntur: sed et illa quecumque sunt composita: si sint simpliciter dicta: at si addat esse vel non esse: vel simpliciter vel secundum tempus efficit aliquid verum vel falsum: de autem esse simpliciter. de secundo adiacente: vel secundum prius tempus: quod verus dicitur continuatio temporis: de tempore. nihil actu habet nisi instans: quod non est tempus sed principium temporis: vel sine aliqua determinatione: hec particula secundum tempus intelligit de tertio adiacente: vel secundum preteritum et futurum: vel cum aliqua determinatione: ut nunc est: cras erit. Colligant igitur he divisiones conceptuum quodam est simplex: et quodam compositus. Item conceptuum quodam verus quodam falsus: quodam vero neque verus neque falsus. Sicut vocum quodam vera: quodam falsa: et quodam nec vera nec falsa existit.

Auerrois primo dicit: et videlicet quid est enunciatum: et oratio. et dicitur: et hec particula dicitur in textu Aristotelis non reperitur: sed quicquid sit secundum commentatorem Aristoteles incipit a declaratione dictionis: est autem dicitur nomen et verbum vocale: cuius quidem significatio est forma:

significatum enim dictionis post eius impositionem est sibi essentiale: et hoc est quod Averroes dicit: dictiones quibus ratiocinatur. i. quibus utimur in argumentationibus significant primo intentiones que sunt in aia: et littere que scribunt significant primo hec verba. Item autem: propter hoc est significatio horum ad placitum per concordiam scilicet gentium: non per naturam: sed intentiones que sunt in aia que sunt exempla. i. similitudines et significantes sunt vne et eedem omnibus: quemadmodum et res inuente: quare intentiones que sunt in aia sunt exempla et significantes: et ipse scilicet res sunt vne et inuente per naturam omnibus: neque enim quod apud Romanos est equus: apud Barbaros est ceruus: sed apud diversissimas gentes eadem substantiarum: intellectuumque ratio est constituta. Ordo itaque inter res: notiones: voces: et scripturas est similitudo: res. n. intellectui presentem imprimunt et inserunt ei passionem et similitudinem: et conceptum: verum quia conceptus nostros statim exprimere non possunt: et alterius menti transfundere: illud sunt voces ut signa essent: et expressiones conceptuum quos de ipsis rebus preconceptimus: sunt enim voces maxime in nostra parte: voces autem non sunt fixe et permanentes: sed solum valent ad aliquid in presentia explicandum: propterea littere et scripture fuerunt excogitate: et diu manerent: et quibus ad longe absentem loco vocum uteremur. Est autem inter vocem et scripturam hoc discrimen: si quicquam videas cuius vocem ignoras scriptura designare non poteris: at vocare poteris que scriptura designare nescieris: conceptus ergo primus res significat: voces mediantibus conceptibus: scripture vero tum vocibus tum conceptibus mediantibus: quod propter conceptus: voces et scripture doctrine existit aptissima instrumenta: et perarrat est et usum non habet ad disciplinas que scripture rez aliquid representent: cui nulla prioris representet vocem.

Digressio.

Contra propositiones hic approbatas insurgunt subtilitates ambiguitates. In primis hec propositio: voces et scripture sunt signa arbitraria et per concordiam significantia. Res et notiones eadem apud oes gentes inveniunt: videlicet esse falsa: his fundamentis: aia intellectiva numerat ergo et notiones aie: variat eam accidens secundum subiecti diversitatem. Item: passiones in aia sunt eedem apud oes ergo et scientie rerum ergo et doctrine rerum: consequens est falsum: quod diversis diversis habet de rebus sententias. Rursus hec vox habet a quocumque pronunciat semper est eadem: et sunt multe voces que per naturam designant non per institutionem: ergo. Solutio est: reperiuntur apud Averrois noia in quadruplici differentia: scriptum videlicet vocale: mentale ad placitum significans: mentale naturaliter significans: cecus a nativitate formans propositiones: ex terminis coloribus designantibus vtriusque nominibus mentalibus ad placitum significantibus: similiter si quis de materia prima ostendat aliquid predicatum enunciarum: nomen materie est ad placitum significans: solum forme vtriusque habent esse in intellectu sunt nomina mentalia naturaliter significantia: et sunt intentiones simplices rerum: siue ergo anima intellectiva muniretur siue non: conceptus anime dicuntur idem apud omnes: quia notiones sunt talis nature: quod omne illud: quod vni representant naturaliter propositio: cuiuslibet alteri sunt nature representant: et ex voluntate

ex voluntate et institutione nostra non accipiunt diversitatem. Item conceptus simplices non compositi sunt idem apud omnes: et licet de vna et eadem re secundum diversam varietate conceptiones haberi possint: non tamen de vna et eadem re secundum idem potest haberi notio nisi vna. Rursus vox est per concordiam significatio que significat vel nata est significare ex impositione quam actu habet: illud quod primus impositor per eam aut aliam sibi similem vel consimilem voluit significari: vox dicitur significare naturaliter et ex instinctu nature que ex natura sua et non ex impositione nata est idem apud omnes representare: ut gemitus: et clamatio in dolore vel gaudium: latratus canum. Distinctum ergo vocis signum non est a natura sed ab institutione: ut in homine in quo imaginatio dominatur super instinctum nature: in brutis autem vox est a natura: que eadem est in omnibus individuis vnius speciei: ob hoc voces et opera similia existunt in omnibus: formant quoque brutam varias voces in desiderijs cibi: potus et coitus.

Fuit item alia propositio: veritas et falsitas tantum existunt in intellectu compositi et dividende. Contra: sensus proprius semper est verus vel pro maiori parte. de aia. 63. ergo et intellectus respectu quod quidem. Item: verba prime et secunde persone accepte actionis: impersonalia significant verum vel falsum ergo sine compositione et divisione inveniuntur et falsitas. Solutio est: verum ut in compositione opponitur falso: et hac ratione in prima operatione nec verum est: nec falsum: verum autem put est rei entitas et in sensu et in prima operatione intellectus reperitur: cui non aduersatur falsum: et hec est causa quod Aristoteles dicebat. 3. de aia. 21. in prima operatione non esse falsum: cum falsum nullatenus sit circa indubitabilia: verum autem vno modo. Et si quis querat: quid nam sit ista compositio et divisio. Respondeo attributum predicatum ad subiectum est compositio: remotione predicati a subiecto est divisio: in quibus inveniuntur veritas que consistit in habitudine terminorum ad invicem: et est veritas in intellectu: rebus: et enunciationibus: diversimode tamen. Item: verba prime et secunde persone: accepte actionis: impersonalia verum significant vel falsum: pro ut sunt composita: et non quatenus incomposita existunt: vnde in verbis prime et secunde persone certum determinatur suppositum. Similiter verba accepte actionis ex significato quod vni soli convenit determinat sibi suppositum: ut fulminat: tonat. Et idem conspicitur in verbis impersonalibus: que impersonalia dicuntur: quia certam personam non determinat: cum enim dicitur legitur: sensus est: ab aliquo legitur. Veritas igitur notitie complete est conformitas habitudinis extremorum in esse cognitio ad rem extra: verbigratia in actu comparatio vnius ad alterum: ut eiusdem in affirmativa: et diversum in negativa: necessario consequitur relatio rationis inter subiectum et predicatum: que quidem habitudo ipsorum appellatur: quare habitu dinem et relationem videtur significare hoc verbum est: quando dico: homo est animal: vel homo non est animal: palam autem est quod inter hominem et animal sic posita per actum comparatum in esse cognitio mediante copula que ipso: per hoc videtur esse: cose quis necessarius habitudo que est relatio rationis: quod inter extrema habetia esse diminutum: hec autem habitudo

conformis est rei: que quidem conformitas est relatio rationis: cum sit fundata super habitudinem illam que est relatio rationis: et ista conformitas est ipsa veritas formaliter et essentialiter a qua veritate siue conformitate dicitur habitudo vera denominative et apprehensio complexa obiecti cogniti etiam dicitur vera: et propositio vera in mente et huic veritati opponitur falsitas contrarie et ignorantia privative: et talis falsitas diffinitas appellari solet. Contra: ergo oratio et propositio non erit vera per veritatem existentem in re: mutabiturque propositio de veritate in falsitate per sui mutationem: ergo non solum substantia per sui mutationem erit susceptibilis contrarietatis. Solutio est: propositio dicitur vera veritate inexistente propositioni: ab eo autem quod res est vel non est. propositio dicitur vera vel falsa terminative. Item facta mutatione in re prior et per se fit secundo et per accidens mutatio in oratione: in ad aliquid enim non inveniuntur motus per se primo. 5. physicoz. 50.

Caput Secundum Primi libri de interpretatōe.



Omen ergo. Sententia huius capituli stat in tribus propositionibus. Prima est. Nomen est vox significativa ad placitum: sine tempore: cuius nulla pars est significativa separata: et cuius omnis diffinitio genere et differentijs perficitur. Primo ponit vox pro genere: per quam quidem particula separatur nomen ab alijs que non voces sed tantum soni sunt. Est autem vox percussio inspirati aeris ab aia ad vocales arterias cum imaginatione aliquid significandi: sermo autem seu loquella est vocis per linguam dearticulatio. Contra: nomen est vox secundum materiam: ergo non est vox: veluti gladius non est ferrum sed ferreus. Item: nomen in mente non esset nomen. Solutio est: Dicit Albertus: quomodo in naturalibus materia non predicatur de eo cuius est materia: eo quod forma in naturalibus est substantia que dat esse et nomen et rationem in artibus tum in his que pendunt a voluntate: predicatur materia: quod ipsa est tota substantia talium: et ideo annulus dicitur aurum: et cyphus argentum: domus ligna et lapides: et ita erit hec propositio vera: nomen est vox: cum sit vox materia in qua formatur nomen. Dicit sanctus Thomas: in diffinitione accidentis concretum subiectum cadit veluti genus: abstracti vero locum tenet differentie patet dicendo. simus est nasus cauus: sumitas est cauitas nasi: quare hec propositio: nomen est vox: saluari poterit: et ita voci superaddit significatio activa: que fundatur in voce et terminat ad rem significatam: ratio fundandi est esse cognitum vocis: ratio terminandi: esse cognitum rei significate. Contra: neque in naturalibus: neque in artefactis predicatur materia de eo cuius est materia cum sint iste false: annulus est aurum: cyphus est argentum: archa est lignum: gladius est ferrum: statua est es. Sed iste sunt vere annulus est aureus: cyphus est argenteus: archa est lignea: gladius est ferreus: statua est creta: vel marmorea. Inveniuntur. n. quedam concreta que non pro subiectis sed pro suppositis duntaxat verificant: alia sunt que pro subiectis et suppositis supponere possunt. Item hec propositio nomen est vox non est formalis: cum subiecta concretum a subiecto: Libe. de interpretatōe. c. 2

ergo si est fundametalis: sensus erit: forma ipotata per li nomen fundatur in voce: unde ista propositio est vera: vox est nomen: predicatione dicente: hoc est hoc: cuius subiectus materialiter supponit: sumpta predicta propositio in mente: at ista nomen est vox: vera est fundametaliter. C. Attentioe tamen dignus est: ista propositio est vera: animal est genus: hec falsa: genus est animal. Similiter et hec: hoc genus est animal: et si ista vera: hoc genus fundatur et applicatur animali. Sed ista est vera: vox est nomen: pariter et ista potest verificari: nomen est vox: sicut et ista: nomen fundatur in voce: causa namque quare iste propositio redduntur false: genus est animal: species est homo: est: quia nullum est animal quod fundet intentionem generis: et nullus est homo qui subijciatur speciei: quapp ista potest saluari: nomen est vox: quia ista et ista vox fundant intentionem nominis. Et rursus observandus: iste due propositiones: hoc est homo: li homo est homo: et in voce et scripto et mente non verificantur: sed semper vna est vera et altera falsa at iste ens est ens: li ens est ens: sunt semper vere: iste due: conceptus est conceptus: li conceptus est conceptus: sunt vere in mente: in voce et scripto vna vera altera falsa existit. Sed in mente: istarum duarum: vox est vox: li vox est vox vna est vera: altera falsa: in voce vero ambe iure conspiciuntur: patefactus est itaque sensus huius propositionis: nomen est vox. C. Insuper arbitrantur multi nomina mentalia et scripta non esse nomina: cum propria nominis ratio sit vocis dearticulatio: et li nomen ita per concordiam significat: quod eadem naturalis significatio repugnat: et ita in mente non inveniuntur enunciationes et argumentationes: sed rationes vocabuntur: eritque ista propositio falsa: omne li nomen est nomen. C. Contra: intellectus possibilis componit et dividit: ergo format propositiones affirmativas et negativas. Item in sola intellectus compositione vel divisione est veritas et falsitas: ergo ratio propositiois seu enunciationis veritas in mente quod in voce et scripto reperit. Propterea est dicendum Aristotelem tractasse de nomine vocali tanquam de instrumento ad docendum aptissimo: est enim vox immediatissima mentis expressio et natura familiaris: conceptus namque licet sit primum et precipuum omnium instrumentum: manet tamen occultum et secretum nisi signo: notaque exteriore propterea.

Amplius est nomen vox significativa: quo fit ut voces significatione carentes sub vocabulo nominis non comprehendantur: quantum enim omnis vox significet seipsam aut vocantem: tamen illa dicitur significativa: que instituta est ad passionem intellectus que est similitudo rei significandam: sunt et multe voces que licet sint literate: tamen quia adhuc non sunt institute ad significandum dicuntur non significativae. C. Est et nomen vox quidem et significativa sed non naturaliter: sed secundum placitum voluntatemque ponentis: segregandus enim est nomen ab his vocibus que naturaliter designant: ut sunt he que nos in passionibus affectibusque proloquimur: vel que animalia bruta instinctu nature producant: nullum igitur nomen naturaliter constitutum est: neque vnaque sicut subiecta res est a natura ita quoque a natura veniente vocabulo nuncupatur: si enim nomina naturaliter essent: eadem essent apud omnes gentes: nec ullam susciperent muta-

tionem. Item multorum hominum inveniuntur vocabula permutata. Et vni rei in eodem idioma multa conceduntur nomina: ergo significationes nominum ab impositione hominis voluntaria et non a natura rerum deducuntur. C. Item distinguitur nomen a verbo: addito nomini quod dicitur sine tempore: Quavis enim multa nomina significant tempus: nullum est tamen quod significet cum tempore: et sensus huius propositionis: nomen significat sine tempore: talis existit: id est: nomen significat per modum habitus et quietis: propterea nomen semper inveniuntur pars enunciationis subiecta: de quo quidem nomine potest enunciari quod aliquid inest ei. Dicit sanctus Thomas: circa tempus tria possunt considerari: primo quidem ipsum tempus: prout est res quedam: et sic potest significari a nomine: alio modo potest considerari id quod tempore mensuratur in quantum huiusmodi: et quia id quod primo et principaliter mensuratur est: motus in quo consistit actio et passio: ideo verbus quod significat actionem et passionem significat cum tempore: substantia autem secundum se considerata prout significatur per nomen et pronomen non habet in quantum huiusmodi ut tempore mensuretur: sed solus secundum quod subijciatur motui prout per participium significatur: ideo verbum et participium significant cum tempore: non autem nomen et pronomen: tertio modo potest considerari ipsa habitudo temporis mensurantis quod significatur per adverbium temporis: ut cras: heri et huiusmodi. C. Rursus hac particula: cuius nulla pars est significativa separata: nomen ab oratione separatur: hec enim oratio: fortes et placati: vox est significativa secundum placitum et tempore vacat: nomen tamen non est: cum partes illius sint seorsum et separatim significantive: verum in simplicibus et compositis nominibus id interest quod in simplicibus nominibus partes nullo modo significante videntur: in compositis vero videri volunt: veruntamen nihil seorsum separatimque significat: ut in hoc nomine equiferus: minime particula ferus separata et secundum seipsam significat: unde significatio nominis ad totum nomen: non ad partes comparatur: prima enim pars nominis non habet primam partem significati: ideo partes nominis nihil retinet de significatione totius: cum sit concessa significatio nomini: non partibus nominis. Secundum placitum adiunctum est: nam nullus nomen natura significat: sed ex instituto: et quando ad significandum institutum est: significant enim et illiterati soni: ut hi qui ferarum sunt: quorum nullum nomen est: eo quia natura et non instituto placitoque significant: dicuntur autem soni illiterati: soni qui scribi non possunt: ut cum perstrepunt fere: huiusmodi strepitus et soni scribi non possunt: dicunturque illiterati: fere appellatur animalia non mansuetacta: que vbi mansuetacta fuerint: circures nominantur. Cum igitur omnium vocum alie sint que inscribi litteris possint: alie que non possint: et rursus earum que inscribuntur vel minime: alie quidem significant: alie vero nihil: amplius quoque omnium vocum alie secundum placitum designant: alie vero naturaliter: nomen est vox significativa secundum placitum: positione enim et non natura factum est nomen subiecte rei nota. Diffinitio itaque nominis: et declaratio hac prima propositioe monstrata sunt.

Secunda

Secunda propositio talis existit. Nomen infinitum non est nomen: et non est oratio: quia omnis oratio aut nominibus constat et verbis: aut solis duobus vel pluribus verbis vel solis nominibus: sed nec negatio est: cum non sit nomen infinitum verum vel falsum: negatio autem omnis sit vera vel falsa: quare cum omne nomen siue proprium sit: siue appellativum definitum id significet: quod nominatur: et non similiter et de eo quod est: et de eo quod non est dicitur: nomen infinitum: non erit nomen: sed appellabitur nomen infinitum: ob id ipsius quod equaliter et de eo quod est et de eo quod non est predicari inveniatur: erit igitur nomen vox significativa ad placitum sine tempore: circumscripse significatiois: cuius nulla pars aliquid significativa est separata. C. Unde inveniuntur nomen institutum ad significandum in id quod est: et est nomen vna significatioe definitum et determinatum ad id quod est: et nomen ipotata id quod solus effingibile est: diffinitum et determinatum vna significatioe ad id quod non est: at nomen infinitum similiter est in eo quod est: et eo quod non est: est namque hec vera: chymera est non homo pariter et hec: non ens est non homo: et dicitur Albertus magnus: nomina substantiva infinita nihil ponunt: sed bene adiectiva: tantum enim valet non equaliter: quantum ens quod non est equaliter: et non simile: ens quod non est simile. Et ratio est: qualitas nominis substantivum quando privatur: privatur et ipsum quod est determinatum qualitate illa: ergo ablata qualitate qua est: privatur et ipsa substantia secundum id quod est: in adiectivis autem que qualitatem habeat in infinitum: et substantiam infinitam: negata qualitate: non necessario negatur substantia secundum id quod est: non album enim in valet quantum res non alba.

Tertia propositio talis est. Casus nominis non est nomen: nam nomen iunctum cum ly est vel non est: enunciationem facit: at obliqui iuncti cum ly est vel non est enunciationem nulla ratione perficiunt: et dictum est obliquos iunctos cum ly est enunciationem non constituere: quia hec oratio perfecta est: sortem penitet. C. Dicit Boetius rectus nominativus dicitur: eo quod nominis quodammodo solus teneat vim: nomenque sit: et verisimile est eum qui primus nominis rebus impositus: ita dixisse: vocetur hic homo: et rursus vocetur hic lapis: posteriore vero usu factum est: ut in alios casus primitus positum nomen derivaretur: et dicuntur casus nominum inflexiones: diffinitio igitur nominis integra talis stabilita: nomen est vox designativa secundum placitum: sine tempore circumscripse significatiois: cuius partes extra nihil designant: et cum est vel fuit vel erit adiunctum verus falsumve efficitur.

Quarta propositio talis est. Nomen est dictio significans ad placitum intentionem expoliata a tempore: preter quod significet partium ipsius. i. preter quod significet aliquid quod sit de numero partium ipsius: cum dividitur pars illius in totum siue sit nomen simplicis que est icisio. i. syllaba: vna incisionum ex quibus componitur nomen non significat aliquid penitus non per se: neque accidens: et pars nominis compositi non significat separatim nisi per accidens: sicut si accedit illi cur? nomen est serui regis ut sit serui regis: vni nulla pars nominis in quantum pars accepta: est significativa aliquid per se quod potest significare: cum significatio totius

tius nominis non concedatur partibus eius.

Rursus ait: dictiones quibus sermocinantur gentes non significant per naturam: sicut multa ex dictionibus quibus dicunt animalia que sunt dictiones. i. soni: que non scribuntur: ut cum perstrepunt fere: quoniam dictiones quibus balbutiunt plura ex animalibus sunt composita ex incisionibus ex quibus componuntur dictiones quibus loquitur homo: aut ex incisionibus compositis ex litteris sibi appropinquantibus in exitu: et sunt significantes. inter dictiones per se aiatas: scilicet apud animalia: sunt namque quedam animalia que sonos litteratos. i. qui scribi possunt: preferunt: sunt. n. loquaces corui: ac pice: et psittaci: unde distichon illud innotuit: psittaci a vocibus aliorum nomina discam: hoc videlicet per me dicere: cesar aue.

Amplius inquit: infinitum tamen est compositum ex nomine habitus et negatiue particula non: et non decet ut nominetur nomen absolute: cum non significet habitus: neque etiam est sermo negatiuus: quia ipsius significatio est significatio nominis simplicis quantum sit compositum: et propter illud iam sequitur ipsius pars negatiua: sicut sequitur nomen finitum. Sensus est: sermo negatiuus et pars negatiua. i. negatio debet sequi nomen et finitum et infinitum: et addi et iungi verbo: aliter non est oratio negatiua. Item ait: erunt nomina quedam declinata et sunt casus nominis et quedam non declinata: que sunt nomina in recto: et significant nomen declinatum et non declinatum idem: non tamen eodem modo.

Digressio.

Sermo de nomine operepretium est ut quibusdam absoluantur documentis: primum tale existit: officium nominis est significare per modum orationis. i. per modum habitus et quietis: et per modum determinate apprehensionis: et ita omnia nomina siue sint significantia entia realia: siue entia rationis et privationes et negationes et signum significant per modum habitus et quietis. Multa autem nominum genera a grammatice declarantur: inveniunt enim nomen compositum seu appellativum et proprium: nomen commune et substantivum significans per modum per se stantis: et adiectivum significans per modum adiacetis. Partitur autem nomen substantivum in nomen substantivum generale quod significat per modum applicabilis pluribus non solum numero sed etiam specie distantibus. Et speciale: quod significat per modum comitabilis pluribus numero tantum differentibus: et patronomicum significans per modum descendens ab altero: et diminutivum quod a primitiva voce derivatur significans per modum diminuti ab alio: et collectivum significans per modum collectionis plurium secundum unum locum suppositus. Partitur autem nomina adiectivi talia existit reperit nomen adiectivum denotativum: gentile: patrium: collectivum: divinum: interrogativum: respectivum: relativum: positivum: comparativum et superlativum: temporale: locale et numerale. Nomen vero proprium dividitur in nomen proprium: primum: pronomen: cognomen et agnomen: arbitror quidem etiam compositum a supposito ut sic esse nomen substantivum: compositum autem a subiecto quodcumque est nomen adiectivum: variatur item nomina specie: genere: numero: figura: casu et persona. Sub nomine solet comprehenditur pronomen quod significat per modum habitus: sed id determinate apprehensionis: dixerunt. n. grammatice. de interpretatōe. c. 3

partium situ et hoc modo vna ppositio infert suam couersam que eadem e illi: quauis sub vno situ ptius est magis nota et sub alio situ minus nota: et fm qd est magis nota infert suam conuersam sub alio situ minus notam: et aduertendum: licet vna ppositio in conuersione sit magis nota alia: quia tamen inter co uersam et conuertentem non existit tanta distinctio quanta requiritur inter probans et probatum: ideo couersio non est argumētum rei dubie faciens fidē: ppositiones igitur inter quas est conuersio etiam si inter se non causent fidem altera respectu alterius: vna tamen illarum adiuncta cum tertia facit de ali quo latissimam euidentiā que ab altera cum eadem non fieret: et ita cōcludendum est cōuersionem esse ne cessariam cōsequentiā a cōuersa ad cōuertentē: cuius cōuersa non possit esse vera sine cōuertente et sint de eisdem terminis.

Dico secundo: sub isto termino puerisio comprehenduntur tres termini minus cōmunes: cōuersio simplex: cōuersio per accidens: cōuersio per cōtrapositionē: cōuersio simplex est duarū ppositionū categoricarū simi lium qualitātū et quātitatū vtroq; termino participā tium ordine cōuerso vnius ad aliam formalis cōse quentiā: determinatione non mutata: tōcirco ista: ois homo est animal non cōuertitur in istam: tantū aial est homo: et hac simplici cōuersione cōuertitur vni uersalis negatiua et particularis affirmatiua: et non incōuenit quandoq; aliquid addere: veluti cum di cimus: nullus hō est omne animal: cōuertit in istam: nihil quod est omne animal est homo: et si debet per manere in simplici cōuersione eadē quātitas vtrius q; ppositionis: vniuersalis negatiua cuius predi catum est terminus singularis non cōuertitur. Simi liter ppositōes singulares non cōuertentur simpli citer: sed si conuersio simplex sit vbi sit mutua cōuer sio et consequentiā: non obstante diuersa quantitate antecedentis et consequentis poterunt vniuersalis negatiua de predicato singulari et singulares simpli citer cōuertī. Itē particularis in indefinita et singu larem: et debet seruari ampliatio et idem genus sup positionis terminorū. Ex his infero corollarie qd ista propō: nullus hō est false animal: cōuertit in istam: nihil qd est false animal est homo: et hec: domus sit: in istam: quod sit est vel erit vel potest esse domus. Similiter ista: nulla essentia diuina est generans cō uertitur in istam: nulla essentia generās est essentia: et ista: creans semper ē Deus in istam: aliquid quod semper est Deus est creans: hec: alteratur currit ve lociter in istam: velociter currens est alteratum. Et ista: ego sum Tiberius: si a me conuertatur: ita con uertetur: Tiberius sum ego: Si a te: sic debet cōuer ti: Tiberius est tu. Ista: nullus homo est scribēs in istam nullum scribens est homo. Rursus quo nam pacto ppositiones de preterito et futuro de inesse conuertī debeant non facile est intelligere: veluti sunt iste: nulla virgo fuit corrupta: nullus senex erit puer. Quidam homo est mortuus nullus homo fuit albus: Virgo erit pregnans: Virgo est futura mere trix. Sunt qui eas absq; aliqua distinctione conuer tunt saluata terminorum ampliatiōe. Alij eas di stingunt dicentes subiectū posse accipi pro eo qd est: vel pro eo quod fuit in ppositione de preteri to: vel pro eo quod erit in ppositione de preteri to. Clerum si quis cupiat prefatas ppositiones con

uertere absq; distinctiōe et negata ampliatiōe opus est vt hac via procedat: subiectum cuiuscunq; pro positionis de verbo preteriti temporis vel eius participij semper stat pro eo quod fuit: siue sit siue non sit: sublata quacūq; determinatiōe: Subiectum ppositiōis de verbo futuri temporis inuenitur sta re pro eo quod erit: et hoc si subiecta sint concreta a supposito. nam si subiectum existat cōcretum a subie cto potest sumi pro eo quod denomiāt et pro eo qd significat: vnde ista: nullum album fuit sortes: si su matur ly album pro eo quod denomiāt significat qd nihil quod nūc est subiectum albedini fuit sortes: qd cōuertitur in istam: Sortes nūquam fuit aliquod ta le cui albedo nūc est: at si capiatur ly album pro eo quod significat sumitur tāūq; pro supposito de pre terito: et tūc si nullum album fuit sortes: sortes non fu it albus: similiter dicatur de ista: nullum videns fu it cecum: et si ppositio sit vera subiecto accepto p denominato: falsa si pro significato capiat: talis pro positio dicenda est falsa per se et vera solum per acci dens: quinimo magis falsa q̄ vera appellanda est: patet de istis: virgo erit pregnans: Album fuit ni grum: Puer erit senex: itaq; cuiuslibet ppositiōis de verbo preterito vel futuro cuius subiectum duo dicit: necessario dispositio significat vel vt presens in subiecto tamen preterito vel futuro: vel vt prete rita et futura et est necesse qd si predicatum accipiatur pro tempore preterito vel futuro: similiter talis di spositio accipiatur: Si vero subiectum non signifi cet duo vel predicatum: tunc non est necesse subie ctum et predicatum simul pro eodem tempore ve rificari.

Dico tertio. Conuersio per accidens di citur illa quando non manet eadem quantitas antecedentis et consequentis: inter cuius conuersionis ppositiones non est mutua cō uersio et mutua consequentiā: qua quidem conuer sione conuertitur vniuersalis affirmatiua in particu larem. Et ratio est: vniuersalis affirmatio infert par ticularem affirmatiuam que cum simpliciter conuer tatur in particularem affirmatiuam in ipsam per acci dens conuertetur vniuersalis affirmatiua: at vni uersalis negatiua licet inferat particularem negati uam: quia tamen particularis negatiua non cōuertit in particularem negatiuā: ideo vltis negatiua non est dicta ab Aristotele cōuertī qd accidēs in particula rem negatiuā: et ita primus modus prime figure effi citur quintus modus conclusionē conuersa per acci dens: quintus vero modus reducit in primū non ratione conuersionis particularis: sed merito premis sarum vniuersalium ad quas directe et primo conse quitur conclusio vltis: Neq; est dicendum qd particu laris negatiua cōuertatur simpliciter in particulare negatiuam: licet inter vniuersales negatiuas ad q̄s consequuntur particulares negatiue sit mutua sim plex conuersio: vnde si colligerēt iste sequele: nullū b. est. a. ergo aliquod. b. non est. a. aliquod. b. non est a. ergo nullum. a. est. b. nullū. a. est. b. ergo aliquod a. non est. b. posset saluari qd sicut ista: nullum. b. est a. conuertitur in istam: nullum. a. est. b. ita et ista: ali quod. b. non est. a. in istam: aliquod. a. non est. b. ve rum constat istam consequentiā non valere: aliq̄ b. non est. a. ergo nullum. a. est. b.

Dico quarto: cōuersio per cōtrapositionē ē quan do termini finiti mutantur in terminos infinitos

infinitos: seruata eadē quātitate et qualitate: qua qdē cōuersiōe cōuertunt vniuersalis affirmatiua et pticu laris negatiua: et in tali cōuersiōe puerisio et cōuertēs sibiipm respōdēt in veritate et falsitate: his exemplis hoc cōstat: omnis homo est animal: oē non animal est non hō: ois homo est risibilis: omne non risibile ē non homo: omnis hō est coloratus: omne non coloratum est non homo: ois homo est equus: omnis non equus est non hō: potest vniuersalis affirmatiua falsa cōuertī per accidens in particulare veraz. nam ex falso poi test deduci veruz: cōuersione per cōtrapositionē con uertitur in vniuersale falsam. Tenendum est enī: ex cōuersa in quauis cōuersione semper cōuertentē se qui formali cōsequētia: cū omnis cōuersio sit conse quentiā formalis addita scilicet nota illatiōis: et ita colligūt iste sequele: aliqua rosa non est substantia er go aliqua non substantia non est non rosa: Chimera non est animal ergo non animal non est non chimera: Sunt etiam ambe iste false: ois chimera est animal: oē non animal est non chimera: neq; ista est vera: rosa non est substantia: nulla rosa existēte. Et quēadmodum ista ē vera: chimera non est aial: ita et ista: non aial non est non chimera. nam chimera est non animal et est chimera: non enim valet: chimera est non animal ergo est: vn de sicut iste sunt vere: cecitas est cecitas: non ens est non ens: ita et ista: chimera est chimera: hec de di gressione.

Tertium documentum sit tale: vniuersalis negatiua et particularis affirmati ua de necessario simplici cōuertuntur cōuersiōe: vni uersalis affirmatiua cōuertitur i particularem. Par ticularis negatiua non cōuertitur: ppositiōis ergo de necessario et ppositiōes de inesse paribus cōuer tūtur cōuersiōibus.

Auerrois primo dicit: si nihil ex. b. est. a. necessario est verum: dico qd se quitur vt sit nihil ex. a. b. necessario verum: id est ista cōsequētia valet: necesse est nullum. b. esse. a. ergo necesse est nullum. a. esse. b. cuius demonstratio est: quia si non est verum vctum nostrum: necessario nul lum. a. est. b. ergo suum cōtradictorium est verū qd est affirmatiua particularis que est in materia possi bili que materia possibilis est cōtraria materie neces sarie: aut affirmatiua particularis necessaria est etiā cōtradictorium vniuersalis negatiue de necessario: id est huc: necesse est nullum. a. esse. b. cōtradicit vel ista: necesse est aliquod. a. esse. b. ex parte scilicet di cti: vel ista: contingit aliquod. a. esse. b. et si posueri mus hanc: ita vt ponamus: quoddam. a. est. b. con tingēt: quia dictum est qd possibile est illud qd quā do descendit ad actum nullum. sequitur impossibile: est manifestum qd si posuimus quoddam. a. est. b. in actu: accidit ex hoc impossibile. nam si posuerimus qd quoddam. a. est. b. in actu: ergo quoddam. b. est. a. in actu: ergo his cōcludendum est vniuersalem nega tiuam necessariam cōuertī simpliciter in vniuersa lem negatiuam necessariam: et ita Auerrois posuit il lam de cōtingētī iesse: vt Aristotelis probatio non esset per ignotiora: quia adhuc cōuersio ppositiō num de p̄t̄gētī non erat patefacta.

Item ait: cum non sint hic preter has duas materias: quoniam absoluta est ex natu ra possibilis: et non dicit qd absolutum sit possibile s; id dicit esse de natura possibilis: sicut actus et poten tia sunt eiusdem nature: ppositiōes enī absolute

deriuantur a possibilibus ppositionibus: vt supio ribus lectionibus est declaratum.

Digressio.

Latini fere oēs in cōuertendis ppositiōibus modalibus his procedunt fundamen tis: primū est: ppositiōes modales sunt duplices: cōposite et diuise: cōposite quo ad suaz totalez cōuer sionem debēt cōuertī cōsimiliter sicut ille de inesse: vt cum dicitur: necesse est hoīem esse animal: cōuer titur in istam: hoīem esse animal est necesse: et hūc mo dum cōuertendi Aristoteles non tradidit: imo cū mo dus semp sit predicatuz siue antecedit dictuz siue se quatur non erit illa cōuersio: cuius cōuersio requirit va riatōem factam ex parte subiecti et predicati. Scdm fundamētūz eoz est tale: ppositiōes modales com pōsite de li veruz: possibile: necessarium cōuertūtur quo ad partes dicti trāspōnēdo eas modo cōsimili ter se hūte: et sic cōuertī non debēt ppositiōes de li fal sum et impossibile: non. n. valet: oē aial esse hoīem est falsuz vel impossibile ergo aliq̄ hoīem esse aial est falsuz vel impossibile: docuit ergo Aristoteles puer tere ppositiōes modales cōpōsitaz quo ad ptes dicti non modales diuizas. Tertū fundamētūz est tale: p ppositiōes modales diuise multis regulis cōuertī di gnoscūtur: prima est: vltis negatiua de necessario de modo affirmato puerit sicut illa de inesse: valet. n. ois hō de necessitate non est asinus ergo ois asinus de necessitate non est hō. Itē ista: aliq̄ hoīes non necesse est non currere: cōuertit in istaz: aliq̄ currens non ne cesse est non esse hoīem: hec vere: aliq̄ creans de ne cessitate est Deus cōuertit in istam: aliq̄ qd de ne cessitate est Deus pōt esse creans: et ista: ois luna non de necessitate lucet non cōuertit in istam: omne lucēs non de necessitate est luna. Secūda regula: ppositiōes de possibili affirmatiue ex pte modi dicti tantū non cōuertū tur: negatiue ex parte modi cōuertūtur sicut ille de impossibili: ista vero: omne creans non possibile est non esse Deum cōuertitur in istam: Deum possibile ē esse creātes. Tertia regula: ppositiōes affirmatiue de impossibili simpliciter cōuertuntur: valet. n. oem hoīem impossibile est esse asinum ergo oem asinum impossibile est esse hoīem: ista vero: hoīes non impos sibile est esse sanum conuertitur sicut ista: hominem possibile est esse sanum: hec non conuertitur: homi nem non impossibile est non currere: ista creantes im possible est non esse Deum conuertitur in istam: Deum possibile est esse creantes: hec sunt que latini sentiant.

Verum vt harum ppositiōū integerrima habeatur cōuersio: harum scilz: ne cessario nullus nascus est simus: necessarium est nul lum impossibile esse verum: creans de necessitate est Deus omne scribēs necessario est homo: omne grā maticum necessario est homo omne sanum vel vigi lans necessario est animal: necessario omnis homo est animal: est diligenter obseruandum: per istaz pro positionem sedentem possibile est ambulare: si deno tetur qd vno pdicati ad subiectum sit possibilis pro eodem tempore: est cōpōsita et falsa: si pro diuersis: ē diuisa et vera. Ista vero ppositio: necessario currens mouet: ē pposita si extrema pro accidētibz sumant diuisa si pro subiectis: hec iterū distinguēda ē: possi bile ē verū esse impossibile: si sit cōpōsita: sic ponitur Tibe. super priora. b 2

in esse: verum est impossibile pro eodē ipis momento: si diuisa: hec est sua de inesse: verum in .a. instanti est impossibile in .b. instanti. Item aduertendum est: modo si nominaliter sumuntur determinat totaz ppositionem & semper constituunt sensus copositū: si accipiuntur aduerbialiter constituunt sensum copositū: si determinēt compositionē: si predicatū aut subiectū reddunt ppositionē diuisam: & q: Aristoteles vocat illam ppositionē modalem in qua modus determinat ipsam copositionē: ideo ppositio modalis copositā censenda erit modalis. Diuise vero computadē erunt inter ppositiones de inesse & couertende sicut ille de inesse. Ppositioes ergo adducte sic conuertantur: hec nullus natus necessario ē simus: si sit coposita: est falsa: & couertitur in istam: nullus simus necessario est natus: si sit diuisa: est vera: & conuertitur in istam: nullum necessario simus est natus: vbi li nēcessario in couerfa determinabat predicatū: in couertente determinat subiectū: & cum nihil sit necessario simū cui natus insit: ideo hec ppositio est vera: nullū nullum impossibile esse verum: couertitur pro istam: necessarium est nullus verum esse impossibile: si sint compositae: li verum & li impossibile acceptis pro eo qd significat sunt ambe vere: si sint diuise: sunt ambe false: & sumunt li verum & li impossibile pro eo qd denominant: hec: omne scribens necessario est hō: apud Aueroim non est necessaria: cum subiectus dicat subtractum denominationis & ipsam denominationem. Alij voluerunt cōcretum a subiecto a parte predicati stare pro denominatione: a parte subiecti pro subtracto denominationis: ideo illam ppositio nem nō couerti dixerunt: & cōsimiles. Ista necesse ē omnes hōiem esse animal: couertitur in istaz: necesse est aliquod animal esse hominem: cuius hec est contradictoria: possibile est nullus animal esse hominē: his dictis multe Aristotelis & Auerois sententie hinc inde aperiuntur.

Quartum documentū sit tale. Contingēs multipliciter dicit: primo necessarium: secūdo contingens nō necessarium: tertio nō possibile. Sensus est: contingens primo modo & necessarium idem sunt. Secundo modo contingens & nō necessarium nō impossibile couertuntur: & hoc contingens partitur in contingens natum: in contingens rarum: in contingens ad vtrūlibet & equale: quod quidem eque euenire & nō euenire cōtingit. Tertio modo contingens & possibile idē sunt: capiendū possibile vt cōius est qd necesse: quod quidem sequit ad necesse. Stante hac distinctione: ponitur primo hec regula: vniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua fm vnūquēqz moduz cōtingentis in particulares couertuntur affirmatiuas: valent enim iste consequentia: cōtingit omne .b. esse .a. ergo cōtingit aliquod .a. esse .b. cōtingit aliqd .b. esse .a. ergo ptingit aliqd .a. esse .b. nam si nullum .a. contingeret esse .b. nullum .b. cōtingeret esse .a. Alia regula: nō conuertuntur ppositiones negatiue fm oēs modos cōtingentis quēadmodum negatiue de inesse & negatiue necesse: sed quēcūqz quidem cōtingere in eo qd ex necessitate non insunt vel ex eo qd non ex necessitate insunt similiter conuertuntur: veluti negatiue de inesse & negatiue necesse: idest ppositiones negatiue de contingenti que dicuntur eo qd necessario nō insunt. i. negatiue de cōtingenti pro necessario: aut

eo qd nō necessario nō insunt. i. negatiue d cōtingēt pro possibili consimiliter vt superioris couertuntur verbi causa vt si quis dicat: omnem hominem contingere non esse equum: aut contingere nullam tunicam esse albam: horum enim alterum idest primū necessario non competit: illud vero idest scdm: non necesse est non inesse: atqz ppositio consimiliter sane couertitur: vt superiores pponēs negatiue de inesse: & de necessario couertebantur. nam si cōtingit nullum hominem esse equū: cōtingit & nullus equū esse hominem: & hec conuersio manifesta est capiendū cōtingit pro necessario. Et si cōtingit nullam tunicam esse albam: cōtingit nullum album esse tunicam: ista cōsequētia vel valet: & habetur intentū vel non valet: & ita ista stabunt simul: cōtingit nullam tunicam esse albam & non cōtingit nullum album esse tunicam: sed ista ppositio: non cōtingit nullum album esse tunicam valet istam: necesse ē ali quod album esse tunicam: & si sic: ergo aliqua tunica necessario erit alba: at nulla ponebat necessario esse alba: ergo: Similiter & in particulari negatiua idest particularēs negatiue de contingenti pro necessario & de contingenti pro possibili non couertuntur: quēadmodum & particularēs negatiue de inesse & necesse non couertebantur. Alia regula: Quēcūqz vero vt in pluribus idest pponēs negatiue de cōtingēt vt in pluribus partibus contradictōis: & in eo qd nata sunt dicuntur cōtingere: & dat intelligere cōtingens rarum idest pponēs negatiue de contingēt nato: raro & equali nō couertuntur veluti negatiue de inesse & de necessario: sed vniuersalis quidem negatiua nō couertit in terminis: Particularis vero cōuertitur: & id totū erit manifestū quādo de contingenti loquemur: Et ne quis putaret has ppositiones esse negatiuas: cōtingit nulli inesse: cōtingit alicui nō inesse: dicit qd cōtingit in ppositiōibus de cōtingētibz & istud verbum ē in ppositionibus de inesse similiter disponitur: ipsum autem est quibuscūqz adiectus predicatur semper atqz omnino affirmatiōē facit: vt est nō bonus: & nō albū: aut absolute est nō hoc: affirmatiōes sunt de predicato infinito: & couertuntur ppositiōes de extremis in finitis vt cetera idest vniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua particulariter: vniuersalis negatiua vniuersaliter: particularis negatiua nō couertitur: est enī ordo cōuersus iter terminos affirmatos & infinitos: quāto aliquis terminus finitus ē cōmunitatis. Et iduco multa exēpla vt que dicta sunt clarioza reddātur: ista ppositio: oīs homo nō est iustus: couertitur in istaz: oēs iustus nō est homo: hec oīs homo necessario nō est iustus in hac: omne iustū necessario nō est homo: ista: omnis homo non necessario est iustus in istam: omne iustum non necessario est homo: iste ppositiōes de cōtingētī pro necessario & pro possibili: omnis homo cōtingēt nō est iustus: omnis homo nō cōtingēt est iustus cōuertitur in istas: omne iustuz cōtingēt nō est homo: omne iustuz nō cōtingēt est homo: Et iste ppositiōes: omnis homo est iustus: omnis homo necessario est iustus: omnis homo nō necessario nō est iustus: omnis homo cōtingēt est iustus: omnis homo non contingenter non est iustus: capiendū contingens pro necessario & pro possibili conuertuntur in particularēs. Item iste: aliquis homo est iustus

iustus: aliquis hō necessario est iustus: aliqz hō non necessario non est iustus: Aliquis hō cōtingenter est iustus: Aliquis hō nō contingenter nō est iustus: sumendo cōtingens p necessario & p possibili couertitur simpliciter. Rursus ista: omnis hō est nō iustus couertitur in istam: omne iustum est non hō: hec vero: omnis hō nō est nō iustus in istam: aliquod iustū nō est nō hō: Similiter & ista: aliquis hō non est nō iustus: couertitur in istaz: aliquod iustum non est nō homo.

Auerois primo dicit: & pponēs quidem possibiles scilicet iste de quibus dicitur nomen possibilis vere & sunt que sunt possibiles vt inueniantur aut nō inueniant in futuro vbi ppositio cōuersiōis affirmatiuarum est sicut dīspō cōuersiōis affirmatiuarū absolutarū & necessariaz: Et dōmentator dimittit id qd Aristoteles dicit de cōtingētī p necessario & pro possibili.

Item ait: negatiua vniuersalis in hac materia nō conuertitur vniuersaliter: & particularis couertit: & causa in illo est: quia negatiue in hac materia nō sunt negatiue in rei veritate: sed vis quidem earū est vis affirmatiuarū idest duplex est affirmatiua simpliciter videlicet & fm quid: pariter & negatiua simpliciter & fm quid: ppositiōes de contingenti vero non sunt vere affirmatiue neqz vere negatiue: cū affirmatiue couertant in negatiuas & negatiue in affirmatiuas: vnde si vniuersalis negatiua de vero cōtingētī couerteretur in terminis: oporteret vlem affirmatiuā vniuersaliter conuerti: hec sequella sic deducitur: cōtingit omne .b. esse .a. ergo cōtingit nullum .b. esse .a. tunc sic per aduersariuz: bene sequitur: cōtingit nullū .b. esse .a. ergo cōtingit nullum .a. esse .b. ergo & cōtingit omne .a. esse .b. ergo de primo ad vltimum: cōtingit omne .b. esse .a. ergo cōtingit omne .a. esse .b. idest valet ista consequētia: cōtingit omnem hominem esse album: ergo cōtingit nullum hominem esse album: ergo si hec: cōtingit nullum hominē esse album couertat in istam: cōtingit nullum album esse hominem: que cum couertatur in istam: cōtingit omne album esse hominem ergo colligetur: cōtingit omnem hominē esse album ergo cōtingit omne album esse hominem: quod constat esse falsum. nam aliquod album impossibile est esse hominem. Particularis autem negatiua de dicto contingenti conuertitur. nam talis negatiua conuertitur in particularem affirmatiuā quaz quidem simpliciter conuerti constat: si enim cōtingit aliquem hominē non esse album: cōtingit aliquem hominē esse album: ergo cōtingit aliquod album esse hominē: ergo cōtingit aliquod album nō esse hominē: ergo si cōtingit aliqd hōiez nō esse albū cōtingit aliqd albū nō esse hōiem sed de his infra quoqz tractabitur.

Digressio

Sermo de conuersione propositionum contingentiuz varijs documentis absolutatur. Primum documentū sit tale. Recti expositores diuisionem contingentiū ita intelligunt: triplex est contingens: necessarium: contingens in actu ex potentia in actum deriuatum: contingens in potentia: idest contingens possibile: & hoc partitur in contingens natum: rarum & equale: Latini vero dicunt qd hec vox contingens equiuoca est & multi

plex multiplicitate significatorum: cuius vocis tria sunt significata. Primum est contingens necessarium. Secundū est contingens nō necessarium & nō impossibile. i. omnis ppositio nō necessaria: & non impossibile vocatur contingens: & tale contingens partitur in contingens natum: rarū: & equale. Tertium est cōtingēs possibile cōmune quidez duobz primis significatis: & licet nulla sit ppositio possibilis qn sit necessaria vel nō necessaria nō impossibile: tamē quia multa possunt competere ppositiōi de contingenti alto vt sic que nō conuenient tali ppositiōi vt est de tali cōtingenti: ideo potuerunt esse tria contingentiū significata. i. cōtingens aliud est cōmune: aliud speciale: cōtingens speciale: aliud est necessarium aliud est veruz cōtingens: cōtingens cōmune sequitur & ad cōtingens necessariū: & ad cōtingēs nō necessariuz & nō impossibile: his patet discordia inter grecos & latinos.

Secundum documentum sit tale. Albertus voluit qd ppositio affirmatiua de cōtingenti equali couerteretur in ppositionem affirmatiuā eiusdem contingenti: at contingens natum voluit couerti in ptingens possibile & necessarium vt cōtingit hōiem esse grāmaticuz: cōtingit pro possibili & necessario grāmaticum esse hominem. Item opinatur Albertus hec duo repugnare: necesse est aliquod .b. esse .a. & cōtingit aliqd .b. esse .a. nō quia particularis particulari repugnet: sed quia necessitas particularis repugnat cōtingenti: & in materia necessaria tantuz valet dicere necesse est omne .b. esse .a. quātum necesse est aliquod .b. esse .a. & quicquid stat cum vna stat cum altera: & quicquid repugnat vni repugnat alteri. Tertū ad mentē Auerois dicendum est qd cōtingens vnius acceptiōis couertitur in contingens eiusdem acceptiōis: vnde si ista cōtingit hominem esse grāmaticum: conuertatur in istam: cōtingit grāmaticuz esse hominem: capiendū cōtingit pro necessario: iste due ppositiōnes essent simul vere: cōtingit hominē esse grāmaticum: necesse est hominē esse grāmaticum: naz ista: necesse est grāmaticum esse hominem conuertitur in istam: necesse est hominē esse grāmaticum. Et propterea hec ppositio: cōtingit ad vtrūlibet omnem vel aliquem hominē esse grāmaticum: conuertitur in istam: cōtingit ad vtrūlibet aliquod grāmaticuz esse hominē: non tamen eodem penitus modo quod couerfa est de contingenti vero: est puerens de eodem contingenti: quia ista particularis negatiua: cōtingit aliquem hominē nō esse grāmaticum: ponit inesse: & quia aliquis homo est & nō est grāmaticus: & quia homo qui non est & potest generari nō est grāmaticus: at ista: cōtingit aliquod grāmaticum non esse hominem: ponitur inesse non quia grāmaticum sit & non sit homo: sed ponendo qd aliquod grāmaticum non sit dicimus: aliquod grāmaticum non esse hominem. Similiter & ista: Deus ptingenter creat: conuertitur in istam: creans est contingenter Deus: & ista: Deus contingenter non creat: ponitur inesse: quia Deus est & non creat: hec vero: creans contingenter est Deus: ponitur inesse: non quia creans sit & nō sit deus. Sed quia creans non est: iccirco creans non est deus. De conuersione negatiuarum de contingenti diximus super: & dicemus quoqz inferius loco pprio. Hec sunt que circa scdm capitulū vobis declaranda pposueram.

est homo: fortes incipit esse ridens: ergo incipit esse ho oē sentiens est aial: Leo dicitur esse sentiens: cr/ go leo dicitur esse animal.

Secundum sit tale: quēadmodū euidētū simi sunt syllogismi si maior sit vltis aut affirmatiua aut negatiua: ita et si sit singularis aut affirmatiua aut negatiua: vñ colligunt ite rōnes: fortes est alb: ois ho est fortes g ois ho est albus: fortes nō currit: ois ho est fortes g nullus ho currit: Cato nō est sanus: aliqd albus est Cato ergo: aliqd album nō est sanus: rō est: qz qñ maior est singularis si sit affirmatiua subiectum nō pōt dici de ali quo nisi de quo dicitur predicatum: si negatiua existat: nō pōt remoueri ab aliquo nisi ab eo remoueat pze/ dicatum: sicut ergo subiectū vltis supponit actu p oī bus suis significatis: ita subiectū p pōis singularis supponit p oī suo significato: cū nō hēat nisi vñū tales ergo syllogismi erūt in figura sed nō in mō: de quibus Aristoteles nō loquitur.

Tertium sit tale: forment variū syllogismi ad excitandū igena nra. Dum: ois essentia diuina est pater: filius est essentia diuina ergo filius est pater: maior nō est de dicto de ois: cū dicitur de oī regat distributionez in termino et ex terminū: in numero et ex numero: et si sit vltis. Secū/ dus sit talis: oē aial si est sensibile est corpus aiatur: Lapis est aial si est sensibilis ergo Lapis est corpus aiatur. Tertius: ois ho vel animus est rōnatis: ite animus est homo vel animus ergo ite animus est rā/ tionalis. Quartus: nullum animal dum dormit: v/ gilat: ois ho est aial dum dormit ergo nullus ho v/ gilat: quorū syllogismoz maiores sunt distinguēde: nam si sint hypotheticę nō conducūt ad syllogismuz cathegoricū: si sunt cathegoricę: pnt iteruz distingui fm q totū cōditionatū: vel defunctū vel tempora/ rum se tenet ex pte vni extremi: aut vna pars a pte subiecti et alia a pte predicati. Quare prime figure propriū est q maior sit vniuersalis et minor affirma/ tiua. Contra: iste syllogismus colligit: oē qd nō est animal non est homo. Nulla statua est animal ergo nulla statua est homo. Item: omne quod non est accidens est substantia. Nulla chymera est accidens ergo omnis chymera est substantia: ergo cōcludēdū est conclusionē sequi in prima figura minore negati ua existente: et cōclusiones p posse esse affirmatiua alte ra premissarū existente negatiua. C Solutio est: pri mus syllogismus equiualeat huic: omne nō animal est non homo: omnis statua est nō animal ergo ois statua est nō homo. Secūdus vero sic ordinet: omne non accidens est substantia: omnis chymera est non accidens ergo omnis chymera est substantia: hec de prima figura.

Caput Quartum.



Vado vero idē.

Sententia huius capituli quod de syllogismis absolutis secūde figure inscribitur cōstitit in hoc: secunda figura est quādo mediū terminū est vtriusq extremo aut affirmatiue aut negatiue aut vni uersaliter et alteri negatiue et hoc siue vniuersaliter siue particulariter siue indefinite attribuat. dī: eduz

in hac figura est: primus positioe et extra extremita tes nō ab illis equedistans sed maior ē illi primoz et minor distantio: habet emz maior extremitas simi litudinem cu3 medio: ex quo semel tantuz in conclu sioe predicatur: minor vero longius sita est: cū nūqz predicetur: sit autē syllogismus extremis vniuersa liter sumptio: quando mediuz vni extremoz inest omni: alteri vero nulli: vtrilibet ponatur vniuersa le negatiuz siue ad maius extremuz siue ad minus aliter autē vniuersaliter sumptis extremis nullo pa cto sit syllogismus. i. sunt duo modi vtilis vniuersa les in hac figura Cefare et Camestres: ex puris vni uersalibus affirmatiuis et negatiuis nō colligit con clusio. Tres sit syllogismus non vtriusq extremis vni uersaliter sumptis: vt quando vnus vniuersaliter et alter particulariter sumitur: et captatur particulare oppositio modo vniuersali: vt si ad maius extremum sit vniuersale negatiuz: ad minus sumatur particu lare negatiuz: et si ad maius sit vniuersale affirmati uum: ad minus sumatur particulare negatiuum. i. sunt duo modi particulares concludentes particula rez negatiuz vocati cōmuniter: festino: Baroco: nō sit autē syllogismus maior particulari negatiua et minor vniuersali affirmatiua: et maior particulari affirmatiua: minor vniuersali negatiua. At quando premissę sunt similes in qualitate nullatenus sit syl logismus: et sint primiti ambe negatiue: maior vni uersali: in tali. n. cōbinatione dantur termini in quibus omni. x. inest. n. et pariter in quib⁹ nulli inerte: termini nulli inesse: nigruz: nix: animal: omni inesse dari possunt: lapis: animal: ho: verūtamē si possunt dari omni inesse: si medium minor extremo alicui et inest et alicui nō inest: vt si aliquod. x. est. m. et aliqd. x. nō est. m. nāz si dabuntur vt omne. x. est. n. cum etiaz posituz sit: nulluz. n. est. m. sequitur ergo nullum. x. est. m. sed posituz fuisset: aliquod. x. esse. m. ergo duo contradictoria: qd est impossibile: sed ex indefinito monstranduz est: nāz ambabus vniuersalibus nega tiuis nihil colligitur: ergo neqz fiet syllogismus al tera vniuersali negatiua et altera particulari negati ua. Et si ambe ppositiones sint affirmatiue: maior vniuersali: dantur termini in quibus omni et in qb⁹ nulli: nulli quidez: albus: agnus: lapis: omni autem inesse dari possunt: substantia: animal: ho: veruz ter mini omni inesse vt prius nō dabuntur quando me diuz minor extremo particulariter inest et particula riter nō inest. Itala est ergo q in hac figura sunt oēs syllogismi negatiui: et imperiecti qui et conuersione et deductione ad impossibile reducuntur ad modos prime figure.

Digressio.

Conditiones huius secunde figure va rīs explicentur documen tis. Primū sit tale. Auerois dicebat: manifestum ē q huiusmodi compositio est compositio syllogistica et q cogitatio hominis cadit super eaz per naturaz et non per viaz artificialē. Sensus ē: in secunda hac fi gura recte iudicamus abortiuuz nō viuere: ppterea qd omne viuuz qd supple tu est animal est aptum vt clamet: nulluz abortiuuz aptuz vt clamet ergo nul luz abortiuuz viuut: ergo nō ideo erit appellanda fi gura naturalis: quia in ea necessario et euidenter cō/ cludatur: sed sufficit ad nālitatez figure vt per ipsaz aliquid ita pcludat qd eo nihil prius p naturā possit concludi

Caput Quintum.

Autē eidē hoc.



Sententia huius capituli qd de syl logismis tertie figure absolutis inscribitur tota cōstitit in hoc. Est tertia figura quando eiqz medio extrema insunt: vel aliter et par ticulariter: vel affirmatiue vel ne gatiue: sicut quidē in hac figura me dium positioe vltimuz: cu3 vtriusq extremo subiecta tur: et medio proximus iacet minor extremitas: et ratio est: nam in conclusione subicu tur minor extremitas: semper maior extremitas in hac figura inuenitur predicata. Sex sunt modi hui⁹ figure ita nominati: Darapti: Felapton: Disamis: Datisi: Brocardo: Ferison: cetera combinatiōes in uententur in collectules.

Item assignat duos modos cōmunes omnib⁹ figuris vocatos sapesimo et frifomoz: et reducit tandem ad syllogismos vniuersales prime fi gure ceteros omnes syllogismos: quo fit vt perie/ ctissimi omnium sint vniuersales prime figure syl/ logismi.

Auerois primo dicit. S3 termini quib⁹ cō cluditur negatiua non inueniun/ tur: cu3 verificatur cu3 particulari negatiua affirma/ tiua particularis: vnde est obseruandum q in prima et secunda figura quando combinatio est inuultis ex minore particulari dantur quidem termini in quib⁹ nulli: deficiunt vero termini quibus omni: in tertia figura fit econtrario: particulari. n. existente negati ua et vera particulariter tantū datur termini in quib⁹ omni: minime in quibus nulli: et ratio est: in prima fi gura ex maiore vniuersali negatiua et minori parti/ culari negatiua nō sit syllogismus quicqz colligens: at si loco particularis negatiue sumatur particulari affirmatiua simul vera cu3 prefata particulari negati ua: cōcludetur particularis negatiua que vniuersali affirmatiue repugnat nō vniuersali negatiue: et pzo/ pterea in tali figura i nulla materia possunt dari ter mini in quibus omni: nam duo cōtradictoria: forzent simul vera: particularis scilicet negatiua et vniuersa/ lis affirmatiua. In tertia figura quando maior ē vni uersalis affirmatiua et minor particularis negatiua: ea in affirmatiuam mutata concluditur particularis affirmatiua que vniuersali repugnat negatiue: n vni uersali affirmatiue: et sic econtrario accidit in hac figu ra qz in prima: ibi. n. maiore vniuersali affirmatiua: minore particulari negatiua dabatur termini in qui bus omni et termini i quibus nulli. In tertia vero fi gura minime: in qua tamē qualibet premissa existen te negatiua dantur termini in quibus omni et in qui bus nulli: semper termini reperiūtur: si particularis negatiua nō secum compatiat suaz subcontrariā. In/ super attendenduz est nō declaratur combinatiōes inuultes: si cōcludatur duo contradictoria: sed requir ritur vt cu3 veritate taluz pmissaruz stet veritas duo rum contrarioruz: nāz cum veritate premissarū quar ti modi prime figure stat veritas duozū contradicto riorum. Exempla causa: nullum equus est homo. Ali quod quadrupes est equus: nullum quadrupes est ho. Itē: nullus equus ē ho. Aliqd animal est equus: aliqd aial est ho.

Ois ethiops ho
Ois ethiops mi
Quoddā nigē

Vniuersales
qism prim
pfectis simi c
um. græci
ποδζ τους
pellant

cōcludi: quare cōcludēdum erit infra quartā figurā nō extitisse nālem: cū ēt ex ipsa directius et p naturā aliud cōcludat qz principale quesitum: et quod dixi mus de secunda figura: d tertia et volum⁹ intelligi.

Secundum documentū sit tale. Propo/ no hanc cōsequētiā: in secū da figura necessario altera premissaruz est negatiua et maior vniuersalis ergo in secūda figura non sunt nisi quattuor modi cōbinationū vtiliū quesitū deter minatū concludentiū: nam cū mediuz terminus de vtroqz extremo predicetur: potest superius enūciari de quolibet inferiori: vbi tū vñū inferius ab alio vtr remoueat: maior quoqz est vltis: qñ si maior effet particularis siue affirmatiua siue negatiua: possz me dium: pzo affirmari particulariter vel negari de su/ periori et postea vniuersaliter negari vel affirmari d inferiori ad illud superius et non inferitur illud supe rius vniuersaliter nec particulariter negari ab infe riori: nam. n. valet: aliqua substantia est animal: nul lus lapis est animal: ergo aliquis lapis non est sub/ stantia. Item aliqua substantia non est animal: om nis homo est animal: ergo aligs homo non est sub/ stantia.

Tertium documentū sit tale. Perficiuntur syllogismi secunde figure cōuer/ sione et deductione p impossibile: et vocat modus re/ ducendi per impossibile: qz procedit p vna p pōnez impossibiles quā opz respondentē sateri: nam nega/ uit eius dīctoriū prius formaliter illatuz: vel dī ad iposibile: qz tendit ad illationē vnus pclusiōis im possibilis: vel saltē magis iposibilis: qz fuerit pzo illata: et est iuetus iste modus arguēdi pp proteruos rādentes sepenumero dissentietes pclusiōni qualu tercūqz illate: vtimur ergo demonstratiōe dicēte ad iposibile: quādo facta hypothesis qz ppositiōes sint vere et cōclusio falsa: sumimus cōtradictoriū cōclu/ sionis: quod ideo cōceditur veruz: quia cōclusio di/ cta est esse falsa: cū vna ppositiōe iaz posita: et in ma/ nifesto cognitoqz syllogismus cōcludimus ptradictō riū alterius ppositiōis: quod cū ex necessitate eue niat: erit cōcedēdus: et concessa est etiaz ppositiō: q eius cognoscitur cōtradictoria: id aut saluum et ipos/ sibile: ad quod perducit: ex quo rursum cōcludimus syllogismus validū esse qui prius negabatur: verbi causa: posite sint et admisse vere ppositiones iste: oē. n. est. m. nulluz. x. est. m. sed sit negatū: nulluz. x. esse. n. ex necessitate prouenire propter hec: imo fal suz esse dicatur: nulluz. x. esse. n. ergo ista ppositiō erit vera: aliqd. x. est. n. et positū est oē. n. esse. m. for metur itaqz iste syllogismus: oē. n. est. m. aliquod. x. est. n. ergo aliquod. x. est. m. maior est posita: minor est concessa ergo conclusio est vera: ergo duo contra dictoria simul vera: sed istud est impossibile: ergo nō poterat fieri vt duabus primis ppositionibus ve ris: hec vniuersalis negatiua nullum. x. est. n. simul esset falsa: ergo et c. et talis modus reducēdi per ipos/ sibile non remouet perfectionem a modo: his itaqz constat q in secunda figura semper maior est vniuer salis: et conclusio negatiua: Cefare reducitur ad ceta rent per simplices maioris cōuersionez: Camestres perficitur conuersione et premissaz transpositiōe fm latinos: nam fm Aueroim nō differt cefare a came stres ante plationē cōclusionis: festino sola maioris eget cōuersione: Baracho per impossibile efficitur Barbara: hec de secunda figura.

Item aut. Et commune est oibus figuris q non cōcluditur in eis ex duabus negatiuis: neq ex duabus particularib: neq ex duab: indefinitis: neq ex indefinitis & particularibus: cum sit vis indefinitarū sicut vis particulariū: & intendēs tractare de syllogismis indirecte cōcludentib: dicit & est ostensum q in vnoquoqz modoz syllogismozū cum sint propositiones: quarum vna est vniuersalis negatiua & alia affirmatiua: q iam erit syllogismus cōcludens semper scilicet cōcludens questū determinatū & indeterminatū: & questū determinatū qū est negatiua vniuersalis maior in prima figura: & in determinatū cū est minor vniuersalis negatiua: & maior particularis aut vniuersalis affirmatiua: & similiter est dispositio in figura secunda illius modi i quo erit minor vniuersalis negatiua & maior particularis affirmatiua: & in figura tertia illius in quo erit minor negatiua: quod est: cum est: nullus. b. g. o. e. b. a. cum cōuertuntur due he propositiones: & dicitur: quod/dam. a. est. b. & nullus. b. est. g. cōcludit quoddam. a. nō est. g. scribit Albertus: hi modi nō in omni figura manēt indirecti: quoniam peccant cōtra directos prime & tertię figure: nam in pria & tertia figura minores semp sunt affirmatiue: ille vero peccat contra secundam figuraz cuius maior est particularis: & non possunt prefati modi habere nisi cōclusiones particulares negatiuas: & ratio est: quia in tali cōplexiōe vbi maior est affirmatiua vniuersalis vlt particularis & minor negatiua vniuersalis cōprehendit minor extremuz sub maior: & cuz concluditur indirecte: tunc maior extremitas subicitur in cōclusionē & minor p dicitur de maior: & quia maior est negatiua opz cōclusiones esse negatiua: verū quia minor predicatur in cōclusionē de maior opz q negetur inferi d suo superiori: at inferius nō potest negari de superiori nisi particulariter: ergo cōclusio necessario erit particularis negatiua: formentur syllogismi in oi figura sū tales cōbinationes: ois vel aliquis hō aīal: nullus aīnus est hō. Itēz aliqđ aīal est hō: nullus aīn est hō. Itēz: ois vel aliqđ hō aīal: nullus homo est aīnus.

Digressio Auerrois.

Verum non: digressio hec Auerrois tēdit ad hoc vt delectet figuram quartā quā Galenus asseruit nō esse naturalē: quā quidez digressiōē volumus tractare quibusdā documētis. Primū sit tale: nō numerant inquit huiusmodi syllogismi sapēmo scilicet & frifefmoz iter syllogismos de quibus est intentio hic: cū sint questū hic syllogismi super quos cadit cogitatio p naturam in cōparatione ad questū determinatū: sed syllogismus quidē qui cōcludit nō questū determinatū nō innititur ei vis cogitatio p naturam: neq eius cōpositioni penitus: qz si querierim: vtrū. a. sit in. g. i. vtrūz o. e. g. sit. a. & dixerimus. a. est in. g. i. o. e. g. est. a. quia o. e. b. est. a. omne. g. est. b. ergo o. e. g. est. a. erit iste syllogism nālis intētois in sermone genituz multū: & hec est figura pria. Et sicut cuz dixerim o. e. g. est. a. propterea qz o. e. g. est. b. & o. e. a. est. b. est manifestuz quia hec cōpositio est inuenta nobis per naturam: & hec ē figura secunda: & attendendum ē: qz cogitatio hominis per naturam pōt cadere supra syllogismuz malū. Et similiter cuz dixerimus omne. g. ē. a. quia omne. b. est. a. omne. g. est. a. hic etiam est

syllogismus nobis per naturā inuentus & hec est figura tertia: sed si dixerimus omne. g. ē. a. quia omne b. est. g. o. e. a. est. b. hic erit in quo non facit aliqd natura: quia qđ sequitur ex illo est preter questum: qđ est: quia. g. ē. in. a. i. o. e. a. est. g. & hoc nō queretur: & hoc est in gradu quarto qui dicit. g. est in. a. quia. a. ē in. b. & b. in. g. qđ est id qđ nō facit cogitatio p naturam: qz oportet conuertē vniuersales affirmatiuas in terminis.

Secundum documētū sit tale. Et ex hoc ostēditur q figura quarta cuius rememoratur Galenus nō est cū syllogismo numeranda super quez cadit cogitatio per naturaz: qđ est: quia cuz queritur an in. g. est. a. i. g. est. a. & si in figura quarta dicimus. g. est. a. quia. a. est. b. & b. ē. g. nos quidem sumus inter duo: aut vt accipiamus qđ sequitur ex hac compositione & dimittamus illd questū naturaliter: qđ est: quia. g. est in. a. i. a. est. g. & b est diuersaz ab eo qđ questuimus: aut sit cuz eo qđ in tulimus in hac compositione remanens questum in mentibus nostris sicut fuit apud inquisitionē: qđ est & vt sit in eo subiectū: subiectū questū: & predicatū: predicatū: & vt accipiantur ista duo simul est impossibile: qđ est: quia in omni questū vno est subiectum eius subiectuz per naturaz: & predicatum in eo predicatum per naturaz: ista ergo est vna ratio que est syllogismus hypotheticus diuisiuis & prima pars dūcit ad hoc inueniens q aliud syllogizatur ab eo qđ queritur: si. n. b. de. a. & g. de. b. predicatur: non concludetur questū si erit figura quarta: sed si erit prima: nō colligitur illud questū. g. est. a. sed istud. a. ē g. nāz in prima figura d3 medius terminus predicari de minori extremitate & subici maior extremitt. Secūda pars diuisionis dēducit ad hoc: qz oportebit dicere illa duo esse questū naturalia. Itēz inducit secundā ratio: & etiaz cuz remanet subiectuz: subiectuz apud nos in questū: & predicatū predicatū: & hoc est inuentuz in mentibus nostris cū hac dispositiōe: dūz durat questū: questū: deinde veniemus cum terminō medio predicato de predicato questū & subiecto subiecto questū: sicut videtur Galenus q hec sit figura quarta in comparatione ad questū: & si nō habere mus respectū ad concludendū predicatum questū d subiecto questū per medium qđ predicaretur de predicato & subiceretur subiecto nō esset hec figura quarta: sed eēt figura pria sive super questū: suuz: sive super conuersum illius: supponamus autē hic qz hec figura quarta imaginetur sū hunc modūz scilicet in comparatione ad questūz determinatū: cuius subiectum sit subiectuz per naturā: & predicatuz predicatū per naturaz: quoniaz nō imaginatur figura quarta nisi sū hunc modūz. Cuz ergo querimus inuentionē alicuius rei in aliquo: & accipiemus terminū mediuz & predicemus eū semel de predicato questū & semel de ipso predicauerimus subiectū questū: sequit qui dem ex hoc vt sit hic aliqd vni & idēz sicut predicatū de seipso. i. valet ista cōsequētia: medius terminus predicatur de predicato qđti & subicit subiecto qđti ergo idēz concludet de seipso: qđ ē in fine abominatio: nō sicut non qđti idēz de seipso: ita nec cōcludi d3 idēz de seipso per syllogismū: qz ex parte qua predicat de predicato qđti & subicit subiecto ipi vnit sicut predicatū de seipso: ergo idēz erit subiectū & non subiectū: predicatū & nō predicatū: superius & inferius: predicat nāqz mediuz d predicato questū ergo

ergo & de quocunqz de quo predicat predicatū questū ergo de subiecto questū ergo de seipso: cū mediū subiciatur subiecto questū. Unde sit questū. a. est. g. & dicamus qz omne. b. ē. a. & omne. g. ē. b. si naturaliter concludi possit q aliquod. a. sit. g. tu n. b. qđ sū naturam predicatur de predicato questū & subicitur subiecto: poterit etiaz de seipso naturaliter predicari: ergo mediū respectu sui subicitur & predicabitur.

Tertium documētū sit tale. Et hec ē causa in hoc q non componit ipsum scilicet syllogismū sicut ordinat cogitatio p naturaz super questū determinatū. i. licet hoc questūz esset determinatū & naturale: aliquod. a. est. g. tamen cōponere syllogismū taliter vt mediū predicet de predicato questū: subiciatur autē subiecto est ordinare syllogismū non sū ordinēz naturalēz ad tale questū: & subiūgit donec sit hic syllogismus cōcludēs questū determinatū per cōuersionē sicut videt Galenus in figura quarta: idēz nūquā est via naturalis ad concludendū aliquid per mediū sic dispositū: vt si formet iste syllogism: omnis homo est risibile: omne risibile est animal: sū naturaz quidem cōcluditur ergo ois hō est aīal nō naturaliter aut cōcluditur ista: aliquod animal est homo: & prefata propositio possit sū naturam ita cōcludi: omne risibile est homo: aliquod animal est risibile ergo aliquod animal est homo. Pariter si sit questū: an aliquod animal nō sit equus: nō erit syllogismus naturalis dicere: omnis homo est animal: nullus equus est homo ergo aliquod animal nō est equus: sed sic concludi poterit nullus homo est equus: aliquod animal ē homo ergo aliquod animal nō est equus: & propterea putant Galen° syllogismos quarte figure per se posse per varias quēstiones: sed inquit Auerrois & differētia inter hanc cōuersionē & conuersionem quā facit Aristoteles in reductiōe multoz modoz figure secūde & tertię ad priam est: quoniaz illa cōuersionē ē ad ostendendū cōclusionēz syllogismozū naturaliu & hec cōuersionē est ad ostendendū cōclusionem in syllogismo artificiali nō naturali: idēz syllogismi secūde & tertię figure naturales sunt & prefati non euidētes beneficio cōuersionis reddunt euidētes: at syllogismi quarte figure artificiales existunt & naturales constitūtur conuersione & premissaz transpositione: & non cōuertit se qdem Aristoteles ad syllogismos artificiales: quia ipsi sunt sculptentes & non cōsimiles inuēto & non sunt variant inuēto eē quasi sint in finiti: & propter hoc putant qdaz q inueniunt cōclusiones multe in vnaquaqz figura preter quas rememorat Aristoteles: & he particulares ipsarum aut conuerse ipsarū ponūtur questū: deinde cōcludūtur mediante cōclusionē pria: & istud cōcludere est per viam nō naturalem sed artificialem: syllogismus nāqz naturalis ita se habet ad artificiales: veluti res naturalis ad artificialem: p hō naturalis non facit mentionem nisi de principiis rerum naturalium: & logicus quoqz in presenti libro nō de artificialibus sed de naturalib: tantū syllogismis pētur: hec sunt q Aristoteles & Auerrois d absolutis syllogismis edocuerūt.

Digressio.

Et ea que de syllogismis absolutis approbata sunt memorie facili retineant itez qui

busdam propositionib: reassumant q dicta sunt. Pri ma propositio sit talis. Tantū sunt tres figure quib: questū determinatū naturaliter concludimus: vnde cū in questū & cōclusionē sint duo termini: subiectus scilicet & predicatus: nō pōt quis fieri cert' alterū de altero enūciari per alterū: ergo preter ipsos cōclusionis terminos opus ē inuenire terminū mediuz: quo mediante perducamur ad cognitionē cōclusionis: potest autē medi' termin' subici predicato. questū & predicari d subiecto eiusdē: & sic ē pria figura: aut predicari de vtroqz & habet secūda: aut vtriqz subiect' & consergit tertia figura: in his figuris subiectuz cōclusionis ē minor extremitas: predicatū maior: medius terminus ē qui bis ante cōclusionem accipitur: illa ē maior propositio i qua inuenitur predicatū cōclusionis: sive primo loco proferat: sive secundo loco: illa vocatur minor in qua minus existit extremū. In pria figura cōclusio concluditur necessario & euidenter: in qua quidem mediuz naturalissimam habet dispositionem: situz seruans mediuz: cuz extremo maiorū subiciatur: & de minori predicatur: est nāqz positioe mediuz & intra extremitates cōclusuz: & ab vtraqz equidistans: secūda & tertia figura sunt naturales: p qz quidez naturaliter iudicamus: in secūda mediū ē positioe primuz: cui maior est proximior: minor: distansior. In tertia mediuz est positioe vltimū: cui vicius iacet minor extremitas: remoti' maior: & sunt prefate figure naturales: nō obstantē q per ipsas nō cōcludatur cōclusio euidenter: quia ad naturalitatez figure satis est q cōclusio ita concludatur q ipsa nihil prius per naturaz possit concludi. Quarta figura ideo erat innaturalis: quia mediuz terminus predicabatur de predicato questū & subiciebatur subiecto eiusdē: sed hoc est in naturale: naturale autē est q maior extremitas predicatur de medio: & medi' terminus de minori extremitate. Unde apud Galenuz in quarta figura maior extremitas predicabatur d minori in cōclusionē: & erant quattuor modi sic nominati. Barali: dibatis: sepasmo: frifefomozū: & for matis istis syllogismis: aliquod animal est homo: nullus hō est equus: ergo aliquod animal nō ē equus. Item: aliquod animal est homo: nullus equus ē hō: ergo aliquod animal nō est equus. Itē: aliquod homo est animal: nullus hō est equus: ergo aliquod animal nō est equus: si in his particularis propositio sit maior ppositio & maiores contineat extremitatez: cōcluditur minor extremitas de maior extremitate: p viam artificialem non naturalem: & sunt isti syllogismi frifefomozū in qualibet figura: illi itaqz modi q apđ latinos concludunt indirecte in prima figura constitunt figuram quartaz Galen: at ille premisse q censentur maiores apud latinos sunt minores apđ Galenuz: & contra que apud latinos sunt minores sunt maiores apud Galenū: in isto. n. syllogismo: omnis equus est animal: nullus homo est equus: ergo aliquod animal nō est homo: apud latinos predicatur minor extremitas: subicitur maior extremitas: & vniuersalis affirmatio est maior: vniuersalis negatio minor: & nominatur sepasmo: prefatus syllogismus dicitur sepasmo: si vniuersalis negatio sit maior: vniuersalis affirmatio minor: & predicabitur in cōclusionē ne maior extremitas d minori extremitate: & erit syllogismus quarte figure: cum mediuz terminus subiciatur minori extremitati: & predicet d maior extremitate. Item iste syllogismus: aliquis homo est ani

mal: nullus equus est homo: ergo aliquod animal non est equus: si est in prima figura concluditur minor ex...

Secunda propositio est ista. Comune est omnibus figuris ut ex puris particularibus non conficiatur combinatio utilis: quoniam si sic: ex vero colligeretur falsum: proponendo hunc syllogismum: animal currit: homo est animal ergo homo currit: que casu posita est falsa existensibus premissis veris: cum enim omnis syllogismus affirmativus sit regulabilis per dici de omni et negativus per dici de nullo: ex particularibus syllogistice nihil concludi poterit: denotatur enim per dictum de omni quod quicquid dicitur de subiecto distributo: dicitur de quolibet contento sub ipso: et per dictum de nullo significatur quod quicquid remouetur ab aliquo subiecto distributo: remouetur a quolibet contento sub illo. Verum ab expositioibus secluduntur ab hac propositione isti syllogismi: aliquod animal est sortis: aliquid sortis est animal: sortis est risibilis: ergo risibile est animal: cum medius terminus sit terminus singularis singulariter tentus: et sunt syllogismi expositioij qui non regulantur per dici de omni et dici de nullo: sine ergo propositione vniuersali non fit syllogismus: quando termini existunt communes. Item: equus est animal: homo est idem animal ergo homo est equus: additur enim medius in minori propositione relatiuus idemittatis substantie. Item: homo est animal: equus non est homo: ergo equus animal non est: equus est animal homo est omne animal: ergo homo est equus: ex particularibus ergo non fit syllogismus exceptis syllogismis factis. Nec dicendum est: quod ex particularibus nihil syllogistice sequitur: idem ex propositionibus in quibus non inueniuntur aliqui termini distributus nihil colligitur syllogistice.

Tertia propositio sit talis. Ex puris negatiuis non colligitur conclusio ratione formale: et ratio est: quia propter separationes duorum extremorum ab aliquo tertio non inferitur vniuersaliter vel separatio eorum inter se: ut propter separationem hominis et animalis a lapide non deducitur separatio hominis et animalis ab inuicem: a recedentibus tres casus excipiuntur. Primum est: quod medium variat penes finitum et infinitum: vnde colligitur ista illatio: nullum non risibile est homo: nullus equus est risibilis ergo nullus equus est homo. Secundus est: quod ambe premissae sunt de contingenti vero: veluti cum dicitur: oem hominem contingit non esse sanum: aliquid album contingit non esse hominem: ergo aliquid album contingit non esse sanum. Tertius est: quod vna premissa est de contingenti et alia negatiua de necessario: vnde oem homines necesse est non esse equum: aliquid album contingit non esse hominem: aliquid album contingit non esse equus: si dicitur regulari syllogismus per dictum de omni: opus est ut vtraque premissa sit affirmatiua: si per dictum de nullo: altera opus esse negatiua: altera affirmatiua: nam per dictum de nullo declaratur quod quicquid remouetur ab aliquo subiecto distributo remouetur a quolibet contento sub illo.

Quarta propositio sit talis. Conclusio nascitur particularis: altera premissa existente particulari:

et negatiua si altera premissa fuerit negatiua: et ratio est: quia propter vniuersalem duarum extremitatum cum medio in premissis inferitur vniuersaliter extremitas inter se in conclusione: quando autem vna premissarum est vniuersalis et alia particularis: licet vnum extremum cum medio coniungatur vniuersaliter tamen vniuersaliter vniuersaliter inferitur inter se. Item quando vna premissarum est negatiua: licet vna extremitas vniuersaliter cum medio in premissa affirmatiua: alia tamen separata ab ipso in negatiua: quapropter in conclusione non vniuersaliter inferuntur extremitates ad inuicem sed separabuntur.

Quinta propositio sit talis. Suppositio generalis: ampliatio et restrictio seruari debent in syllogismo: non enim minus amplius tendimus in magis amplum: neque a suppositione simplici ad formalem: et e converso colligitur illatio: neque in premissis ponitur debet synchategorema formale impediens consequentiam: non enim sequitur omnis homo est albus: Sortes est per se homo: ergo sortes est per se albus: omnis homo est ens per se: homo albus est homo: ergo homo albus est ens per se: omnis homo est per se animal. Album est homo: ergo album est per se animal: omnis ignis est per se calefactiuus. Sic cum est ignis: ergo sicca est per se calefactiuus: omnis edificator: per se edificat: musicus est edificator: ergo musicus per se edificat. Propterea isti syllogismi nihil concludunt: nullus rationale est per se animal: omnis homo per se est rationalis: ergo nullus homo per se est animal. Quodammodo homo est per se rationale: omnis homo est per se animal: ergo quoddammodo animal est per se rationale: omnis homo per se est animal: omne rationale est per se homo: ergo omne rationale est per se animal: forma ergo syllogistica non seruatur in terminis sic modificatis. Non dicitur quoque mutari abstractum in concretum: aut e converso: cum non sequatur: nulla sanitas est egritudo: omne hominem contingit esse sanum: ergo nullum hominem contingit esse egrum.

Sexta propositio sit talis. In prima figura opus est ut maior sit vniuersalis: et minor affirmatiua. In secunda maior semper est vniuersalis: et altera premissarum negatiua: pariter et conclusio. In tertia figura minor est affirmatiua: et conclusio est semper particularis: habet prima figura quatuor modos naturales. Secunda totidem. Tertia vero habet sex modos: non facio mentionem de artificialibus: habet autem tertia figura plures modos quam secunda: et prima quod pauca ditiones requiruntur in tertia quam in ceteris: maior enim potest esse vniuersalis et particularis: particularis quidem propterea quod medio termino existente subiecto in vtraque premissa et conclusione et particulari: sufficit ipsum cum quavis extremitate particulari: ter sumi: dummodo altera sit vniuersalis: quoad quocumque autem in aliquo pauciores differentie vniuersali: tunc illud vniuersali est quod aliud quod plures congregat: et sic in figura tertia plures modi reperitur. In minor quoque semper est affirmatiua in tertia figura: tunc quia oritur figura tertia a prima per uersionem minoris: tunc quia medium habet rationem partis respectu extremitatum: quod si minor esset negatiua posset contingere extremitates esse desperatas: et propterea non concluditur affirmatiua: et rursus contingere veluti superius et inferius et sic non concluditur negatiua. Concluditur etiam semper particulariter in tertia figura: quod minor extremitas potest esse maioris ambitus quam maior extremitas: et ideo non potest de minori vniuersaliter predicari: nec ex ratione medij ipso subiecto existente

existente potest vniuersale concludi quauis premissae ambe sint vniuersales respectu medij: non enim vlla extremitas respectu alterius habet vna de tota altera necessario predictetur: nec plus potest ambe premissae vniuersales in quantitate conclusionis efficere quam vniuersales et particularis: si forte forte in eadem conclusio est diuersitas: et propterea aliquando propositio vniuersalis assumitur in figura tertia: quauis idem sequatur supra particulari: vnaqueque enim figura habet premissas proprias quibus determinata conclusio concluditur: que semper non potest per figuram aliam concludi cum iam medij est determinatum et ipsum questum: verbi causa: possumus in tertia respectu huius conclusionis: an aliquod corpus sit deuenio factum: cum hoc medij: quod est celum: sic arguendo: celum non est deuenio factum: omne celum est corpus: ergo aliquod corpus non est de nouo constitutum. In alijs autem modis quauis possit concludi questus in prima figura: forte tamen premissae sunt euidentiores si sumantur in tertia: licet euidentia conclusionis conclusae magis appareat in figura prima: et hoc ostendit necessitate plurimum figurarum. Neque ideo in figura tertia modos esse ex vniuersali minor: qui non sunt ex modis in prima figura concluditur: neque enim fieri potest ex particularibus: cum particularis propositio non conuertatur in vniuersalem: neque ex vniuersali affirmatiua vniuersali conuertitur in vniuersalem: nisi terminos habeat conuertibiles: opus est igitur quod generationem propriam vnaqueque figurarum quodammodo habeat: et modos proprios in quibus premissae vniuersales absolute ex se et sine vlla conuersione terminorum accipiuntur: non ob aliam ergo causam dicuntur ex prima fieri: quod facta conuersione alterius premissarum in prima figura fit forma figure secunde vel tertie: et quod figura facta si sit syllogistica appareat talis per reductionem ad figuram primam: his sex propositionibus quid de figuris et earum proprietatibus tenendum sit satis superque satis explicatum est.

Septima propositio: syllogismi constituti ex propositionibus preteritis aut futuri temporis his tenentur preceptis: si subiectum maioris in prima figura sumatur per his quod sunt minor dicitur de eiusdem copule: si affirmatiue capiatur: et in minori dicitur exprimi illa affirmatio: et ita obseruetur in omnibus figuris habet exigentiam illam: At si obliquus casus cuiuscumque fuerit tempus preteritum: minor sumi dicitur in recto: si rectus antecedit obliquum: dicitur congregatum ex recto et obliquo poni ex eadem parte: et in negatiuis non ideo inueniuntur premissae esse in obliquo et conclusione in recto: verbi causa: nullus equus homo est equus: omne hominem contingit esse equum: ergo nullum hominem contingit esse equum: hec de digressionem.

Capitulum sextum.



Donia autem diuersa

sum. Sena huius capituli quod inscribitur de syllogismis de necessario in tribus figuris: tota stat in hoc: syllogismus de iesse et syllogismus de necessario iesse: et de contingere iesse inter se varijs sunt atque differentes. Ex propositionibus de necessario forme constituntur syllogismi: veluti ex propositionibus absolutis componebantur: et dixit sere: quod quatuor scilicet et quinte tertie non comuliter pbantur. Series autem

Absolutas Propositiones vocat in existentes. Quod hquet magis ex sequente columna capite cuius initium est. Auerrius

verborum Aristotelis talis est: quoniam autem diuersus est predictum inesse subiecto et ex necessitate inesse: et contingere inesse: nam quidem insunt multa predicata subiectis non tamen de necessitate: alia vero neque insunt ex necessitate: neque insunt oio: contingit autem inesse: et sunt predicata que non insunt sed potest inesse: manifestus igitur est quod syllogismus vniuersalisque horum alter erit: et non similiter et vniuersaliter se habebunt termini. I. propositiones: sed hic quidem ex necessarijs: ille vero ex his que simpliciter insunt: ille autem ex contingentibus: ergo in necessarijs propositionibus quidem vere similiter se habet quo ad factionem syllogismo. Sicut enim positio terminis et in his que insunt et non insunt: et in his que ex necessitate insunt vel non insunt et erit quo ad vniuersales conuersiones et non erit quo ad incollectiles syllogismos: verum hoc vno erit differens: quod hic adiecti terminis ex necessitate inesse vel non inesse. Consimilitudo autem inter syllogismos de inesse et syllogismos de necessario est: nam vniuersales negatiua de necessario similiter conuertitur ut vniuersales negatiua. Dicit etiam de omni et dici de nullo propter dabiliter in his reperitur: ergo in alijs figuris a prima eodem modo demonstrandus est per conuersionem conclusionem ipsam ex necessitate puenire in his que necessario insunt vel non insunt: puenit atque in illis de inesse monstratum est: at quartus secundus de quatuor tertie non sicut his et ibi ostendunt: sed vniuersales debemus expositioem designationemque aliquidum: tunc aliquidum non inest vniuersales extremus ex necessitate: erit enim syllogismus necessarius in hoc: et si de exposito designatoque necessarius est: erit et de illo aliquo atque particulari qui concluderet necessarius: nam quod designatum est: ipsius illud aliquidum est: et fit vterque qui ex aliquo designato sumit syllogismus in propria figura. Sensus est: forme iste syllogismus: o. b. necessario est. a. aliquid. c. necessario non est. a. ergo aliquid. c. necessario non est. b. capiatur aliquid ipsius. c. vt. d. cui quidem aliquid sumptio et a. et b. necessario non inest: et ordinabitur syllogismus in secundo secunde talis: o. b. necessario est. a. omne. d. necessario non est. a. ergo omne. d. necessario non est. b. et cum. d. sit aliquid. c. ergo aliquid. c. necessario non est. b. Syllogismus in terminis notis sunt isti: ois homo necessario est animal: aliquid quod album necessario non est animal: ergo aliquid quod album necessario non est homo: sub albo sumatur nix: et dicat: ois homo necessario est animal: ois nix necessario non est animal: ergo ois nix necessario non est homo: et idem dicat de syllogismo quinto tertie figure.

Auerrois primo dicit: sunt res multe inuenite in actu preteritum quod sit inuenio earum necessaria: et ille sunt absolute: et res que non necessarie neque sunt inuenite in actu sed sunt possibile ut inueniant in futuro et vt non inueniant et ipse sunt possibile et res que sunt inuenite semper et ipse sunt necessarie. Sensus est: triplex est propositio: absoluta: necessaria et possibile: absoluta constat ex terminis inuenitis possibilibus: necessaria ex terminis necessarijs: propositio possibilis neque est absoluta neque necessaria: et propterea inuenitur syllogismus ex absolutis: ex possibilibus: ex necessarijs.

Item ait: et syllogismi quidem qui componuntur ex propositionibus necessarijs sunt propingui syllogismi compositi ex propositionibus absolutis: quod est: quod res conditionate in conclusione in absolutis. i. vt concludunt per syllogismum sunt eedem conditionate in conclusione ex necessarijs. i. conditiones regite ad hoc. Tibe. sup priora.

Syllogismus positorij

Syllogismi in notis

De Mistione existentis & necessarij

vt sequat conclusio in absolutis sunt etiam requisite ad hoc vt deducatur in necessarijs: res que sunt ca puiatōis cōclusionis. i. ne cōcludatur quicq̄ in nō concludentibus sunt eedem causa puiatōis talis cōclusionū in necessarijs: cum non sit differentia in ter ambos scilicet syllogismos de absolutis et de necessarijs nisi additio necessitatis tantum: et propter hoc sunt modi concludentes in absolutis et nō cōcludentes s̄m numeruz cōcludentiū et nō cōcludentiū in necessarijs. i. tōt sunt modi cōcludentes in absolutis: quot in necessarijs.

Iterum ait: intentio dicti de omni in ambabus quidem est: quod sit aut dictum cum affirmatione aut cum negatione de omni eo qd est in actu et equaliter siue sit illud quod est in actu inuentum cum additione conditionis necessitatis: aut preter additionem illius: sed conditio quidem dicti de omni in materia possibili diuersatur a conditioe dicti de omni facta in his duabus materijs. Sensus est: id est in absolutis significatur esse in actu: et in necessarijs similiter: nam necessarium est quod semper est in actu: in propositionibus autem possibilibus de notatur esse in potentia: ideo dictus de omni et dictus de nullo tribus prefatis materijs non equali attri buuntur ratione.

Rursus inquit: sed quod ostenditur p deductionem ad cōtrariuz: cum est ppositio vniuersalis affirmatiua et particularis negatiua nō est in eis res eadem: qd est: qz syllogismus qui ducit ad impossibile est cōpositus ex vna ppositiōe syllogismi et cōtradiōe cōclusionis in mō et negatione erit igitur syllogismus pmixtus ex ppositione necessaria et cōtingēte: sed non est adhuc ostensus modus cōcludendi qui sequit ex hac cōpositione: veruz qd ostendit per impossibile ibi: hic ostendit p pōitiōez. Sensus est: nihil vetaret quartū secūde et quintū tertie ex puris de necessario reduci p impossibile ad primaz figuraz: vbi monstrate essent combinationes ex altera necessaria et altera possibili: facili igitur fuit modus reducendi predictos syllogismos ad primaz figuram expositionē: qua multo atiocinatōes perfici possunt: et si expositus ipsum cōmune sit: vniuersaliter sumi poterit: et propterea nō est syllogismus expositorius cuius mediuz sit terminus singularis: nam ali quādo est terminus vltis: sed dicitur syllogismus expositorius qui ex exposito sit termino: siue terminus expositus sit minus extremum: siue sit medium: siue cōmuni termino existat: siue singularis. In summa ergo syllogismi cōstituti ex puris de necessario et puris absolutis eisdē principijs et instrumentis componunt et perficiunt: verū quartus secūde et quintus tertie ex necessarijs expositione cōmodissime pficiunt: quoz hec sunt exempla: ois homo ex necessitate est animal. Quoddaz album necessario non est animal: ergo quoddaz album necessario nō est homo: iste est syllogismus in quarto secūde: syllogismus sumptus s̄m expositionē talis existat: ois homo necessario est animal: ois nix necessario nō ē aial: ergo ois nix necessario nō est homo. Syllogismus in quinto tertie sit talis: quoddaz albus necessario nō est aial: oē album necessario est coloratū ergo quoddaz coloratū necessario nō est aial: at syllogismus acceptus s̄m expositionē sic ordinet: ois nix necessario non est aial: ois nix necessario est colorata: ergo quoddaz coloratū necessario nō est animal.

Digressio.

Caput presens clarissime nonnullis notandis intelliget. In primis aduertendū est: Latini arbitrantur inesse simplr et inesse ex necessitate se hēre s̄m superius et inferius: similiter inesse de contingenti et inesse simplr: et volūt Aristotelem tractare de propositione in qua est iste modus necessario et de ea in qua reperit modus cōtingētis non curando virū sin: vere vel false: et propterea nō descendit Aristoteles ad aliquā mām spālem: apud quos syllogismi modales et syllogismi de inesse eiusdē existūt speciei: cū participēt eodē mō et figura: regulēturqz eisdēz principijs et pficiant eisdem instrumentis: et propter maiore similitudinē inter syllogismos de necessario inuentā et syllogismos de inesse: qz inter syllogismos de inesse et syllogismos de cōtingenti: prius determinat de necessario qz de cōtingenti: quāuis cōtingens sit maioris cōitatis qz necessariū. Et Auerrois opinat mēbra prefate diuisiōis nō se hēre s̄m superius et inferius quāuis existimat illa opponi ad se invicem: sūt. n. illa diuisio s̄m nām rerū: et dūtaxat ppositiōib⁹ necessarijs modis necessitatis nālī tūm gendus est: ppositiōib⁹ nō necessarijs copulat vto lenter et extra nām: ob hoc tū nō descendit Aristo. ad aliquā mām in special: qz syllogismi ex his formati neqz demonstratiui existūt: neqz dyalectici: in plus. n. se hz ppositio necessaria qz ppositio demonstratiua: et ppositio ptingēs qz ppositio dyalectica.

Iterum obseruandū est. Latini his pcedunt cōclusionib⁹. Prima ē: ex pmissis de necessario cōpositis in oi figura concludunt conclusiones cōposite: virtute hui⁹ regule: si pmissa sūt necessarie et cōclusio. Secūda ē: ex pmissis diuisis de necessario in qualibet figura pōt seq cōclusio de necessario vū in p̄ia figura syllogismi formati cōcludūt: si conclusio sit directa: nō aut si sit indirecta: nō. n. valet: qz libet psona diuina de necessitate est deus. Creans de necessitate est psona diuina ergo deus de necessitate est creas. Item ex pmissis diuisis nō deducit cōclusio cōposita. Et Auerrois multas ppositiōes facit absolutas nō necessarias quas tamē latini necessarias esse opinant: veluti sunt iste: oē ambulans mouetur oē grāmaticū est homo: omne creans est deus: iccirco sumptis ppositiōibus necessarijs s̄m Auerroim vel diuisis vel cōpositis semp inserit conclusio necessaria in qualibet figura.

Amplius vult Alberti quartū secūde et quintū tertie ex puris de necessario p fici posse p syllogismū ad impossibile: et fiet mixtio cōtingētis et necessarij: in qua qdē mixtione pōt ppositio de cōtingenti eē de cōtingenti p possibili: p cōtingenti vero: et p contingenti necessario: si maior sit de necessario et minor de cōtingenti vero: sequit conclusio de cōtingenti p possibili: et p hanc mixtionē non pficit quartus secūde. nā illa ppositio de cōtingenti que cōuertit cū opposito cōclusiōis est de cōtingenti accepto p possibili: eodē aut modo debet sumi cōtingens in syllogismo pbante et in syllogismo pbato. si minor sit de cōtingenti cōitilla cōbinatio ē inuti lia: si sit de cōtingenti necessario: cōbinatio est vtilis et pficit quart⁹ scdē p impossibile: sūt qnt⁹ tertie pfici d3 p deductionē ad impossibile: bñ ficio talis mixtiōis: cōtingētis scilz et necessarij: vep qd sit sentiēdū circa hanc mixtionē inseri dicebat: satis ē nūc itellexisse quartum scdē

Caput octauum.



A secūda autē fi

gura. Sentētia huius capitis qd inscribit de mixtis ex vna necessaria et altera absoluta in scda figura tota stat i hoc. Vniuersali negatiua necessaria et vniuersali affirmatiua absoluta seu particulari conclusio nascit necessaria: at si vltis affirmatiua vel particularis fuerit necessaria et vltis negatiua absoluta vel particularis nō erit conclusio necessaria. Sunt isti syllogismi cōcludentes: nullū. b. ex necessitate ē a. omne. c. est. a. ergo nullum. c. ex necessitate est. b. Item: oē. b. est. a. nulluz. c. necessario est. a. ergo nullū c. ex necessitate ē. b. cōuersione. n. perficiunt isti duo syllogismi vles. Item nulluz. b. ex necessitate est. a. ali qd. c. est. a. ergo ali qd. c. necessario nō est. b. perficit sūt iste syllogismus puerione. Syllogismi vero nō colligētes pclusionēz necessaria sunt: si vltis affirmatiua fuerit necessaria: et negatiua absoluta: nō. n. v3: oē. b. necessario est. a. nulluz. c. est. a. ergo nullum. c. necessario est. b. Preterea cū nihil phibeat. a. huius modi accipere cui omni ptingat. c. inesse: nō valebit hec illatio: oē. b. necessario est. a. nulluz. c. est. a. ergo nulluz. c. necessario ē. b. accidit. n. ali qd. a. ex necessitate nō esse. c. nāz si sit vera hec cōclusio: nulluz. c. necessario est. b. ergo et ista: nulluz. b. de necessitate ē. c. sed oē. b. necessario est. a. et ali qd. a. necessario est. b. infer: ergo ali qd. a. necessario nō est. c. Syllogism⁹ in terminis notis est talis: ois hō necessario est aial: nulluz albū est aial: deducit cōclusio absoluta nō necessaria. Cūtur aut Aristoteles pūi lectione nō ptingit inesse: loco huius: necessario est nō inesse: eadez eniz sunt: et eque possunt. Similiter non colligit iste syllogismus: omne vigilans est homo: ali qd animal necessario nō est homo: ergo aliquod animal ex necessitate non vigilat.

Caput nonum.

A posteriora aut

figura. Sententia huius capitis qd dicit de mixtis ex vna necessaria et altera absoluta in tertia figura: cōstitit in hoc: pmissis existentibus vltis affirmatiuis quecuqz fuerit necessaria cōclusio erit necessaria: negatiua vltis necessaria vltis affirmatiua absoluta: nascit cōclusio necessaria: at si affirmatiua sit necessaria: cōclusio nō erit necessaria. Item vltis affirmatiua necessaria: particulari absoluta: cōclusio ē necessaria: at particulari necessaria: pclusio nō efficit necessaria. Rursus vltis negatiua necessaria: particulari absoluta: oritur pclusio necessaria: at affirmatiua necessaria aut vltis aut particulari: et particulari negatiua absoluta aut vltis nō inferit pclusio necessaria: his itaqz stat qz cōclusio absoluta exigit pmissas absolutas: nō pmissas: pclusio necessaria regit vltis vltis ambas pmissas necessarias: et propterea semp altera pmissarū similis ē cōclusioni. Cōtra: ex maiori de necessario et minore de ptingenti puenit pclusio de possibili s̄m latinos: q nō est s̄lis alicui pmissarum: dicit q nōduz tractauit Libe. sup priora.

secūde et qntū tertie ex puris de necessario posse p fici p impossibile: vū formati istis duob⁹ syllogismis ois hō de necessitate est aial: ali qd albū de necessitate non est animal: ergo aliquod album de necessitate non est homo. Item: quoddam album de necessitate non est animal: omne album necessario est coloratū: ergo quoddā coloratū necessario non est animal: proficiant hoc modo: omnis homo de necessitate est animal: contingit omne album esse hominem ergo contingit omne album esse animal. Item: contingit omne coloratum esse animal: omne album necessario est coloratum ergo contingit omne album esse animal.

Caput septimum.



Lcidit aut qnqz.

Snia huius capitis qd inscribit de mixtis ex vna necessaria et altera absoluta in p̄ia figura tota p̄stat in hoc: maiore necessaria et minore absoluta seqt cōclusio necessaria: at minore necessaria et maiore absoluta nō colligitur cōclusio necessaria: nō enim valet: oē. b. est. a. oē. c. ex necessitate est. b. ergo omne. c. ex necessitate est. a. nam si talis cōclusio sequatur: eneniet etiaz et alicui. b. ex necessitate inesse a. et per primā et per tertiam figuram: quod nō oportet: nam stat vt tale. b. sit: vt nulli ex necessitate inest a. syllogismus p̄ime figure sic formetur: omne. c. ex necessitate est. a. ali quod. b. ex necessitate est. c. ergo ali quod. b. ex necessitate est. a. cōuertebat eiz minor primi syllogismi particulariter: syllogismus tertie figure est talis: oē. c. necessario est. a. oē. c. necessario ē. b. ergo ali quod. b. necessario est. a. Item: cognoscitur conclusionē non effici necessariam maiore absoluta et minore necessaria: hoc syllogismo: omne animal mouetur: omnis homo de necessitate est animal: nō pcludit: ergo omnis homo necessario mouet: et quē admodū in modis vltibus: ita et in particularib⁹ pcedendum est

Auerrois dicit: cuius demonstratio est: quia g. est pars ex. b. cum sit ex deductione. i. ex proprietate p̄ie figure vt sit minor semper affirmatiua: et ex conditione huius mixtionis vt sit. g. pars ex. b. in actu: et cum predicatur aliquid de omni et predicatur quidem necessario: predicatur de partibus cum modo quo predicatur de toto: et hoc est manifestum per se: quoniam pars continetur in toto et intrat sub eo.

Item ait: nisi quia termini dant q non est conclusio necessaria semper: non q non cōcludat necessariam penitus: sicut dat syllogismus cōtrarij: et intentio dicti de omni. Sensus est: quia ex parte dicti de omni et ex parte cōtrarij et ex parte maierierum ostenditur conclusionem non effici necessariam: maiore absoluta et minore necessaria: propterea consideranda est differentia inter tales rationes nam termini id est ratio ex parte materierum dat q non est conclusio necessaria semper: at ratio sumpta ex parte contrarij et ex parte dicti de omni conuincunt vniuersaliter virtute premisarum sic dispositarum non concludi conclusionem necessariam.

ter: sed erit quidem cōcludens fm dictum de omni in quibusdam materijs que sunt in quibus verificatur q. a. absolute aut necessario dicitur de omni qd est. b. in actu: aut in potentia: vcluti cum dicimus de motum est corpus: sed in eo quod est propter materiam nō est confidendum. Sensus est: subiectum p/positionis absolute supponit duntaxat pro suppositis actu. Semper subiectum p/positionis necessarie supponit pro suppositis actu: et accidit subiecto p/positōis necessarie q/ suppat et pro suppositis actu: et pro suppositis potentia: valet enim ista cōsequētia: istud est subiectum p/positionis necessarie: ergo supponit pro suppositis actu: non tamen colligitur: ergo supponit pro suppositis potentia: propterea cōmune est p/positioni absolute et p/positioni necessarie: vt subiecta illarū supponant pro suppositis actu: at subiectum p/positionis possibilis supponit pro suppositis actu et in actu et in potentia: et hec est causa q/ maiore possibilis et minore absoluta aut necessaria inferitur cōclusio possibilis: maiore autē absoluta aut necessaria et minore possibilis nihil cōcluditur fm syllogismum perfectus: dictum ergo de omni nō est vnus in omni materia. Attende ergo hic quid Albumasar iam opinatus est super Aristotele: et improprie id est equivoce: primo quidem q/ in omnibus materijs inuenitur conditio dicti de omni quā putat Albumasar in omnibus modis p/positionum: quod est: quia dictum nostrum: omne qd est. b. est. a. contingenter verificatur de eo qd est in potentia: aut in actu. b. Et ppter hoc quando maior est possibilis et cōclusio est possibilis: quocunq; mō fiat mixtio: nam genus cui cōditiōatur per dictum de omni in omnibus tribus p/positionibus: scilicet absolute: necessaria: et possibilis est vnus: sicut putat Albumasar vt sit predicatū absolute et necessario et cōtingenter de omni quod est. b. quocunq; mō: modorū trium sit: scilicet cōtingenter aut necessario aut i actu. i. voluit Albumasar q/ sicut ex maiore possibilis et minore aut possibilis aut absoluta aut necessaria sequatur cōclusio possibilis: ita ex maiore necessaria et minore aut necessaria aut absoluta aut possibilis deducatur cōclusio necessaria: et ex maiore absoluta: minore aut absoluta aut necessaria aut possibilis: cōclusio absoluta: verum inquit Auerrois nō est utilitas in cōditione que nō pōt super omnes materias fm id quod pcessit Albumasar: id est dictū de omni nō est vnus in omni materia. Neq; est etiā qd rememoratur Alexander vt sit conditio dicti de omni quod agitur in hoc libro: vt sit. a. predicatū necessario aut contingenter aut in actu de omni qd est b. in actu: quia si esset res ita: non cōcluderet ille qui est ex duabus cōtingentibus fm dictum de omni: et hoc est manifestus: id est si subiectum p/positionis absolute et necessarie et possibilis supponat tantum pro suppositis actu: ex duabus de contingenti nihil concludi poterit: non est ergo utilitas in cōditione que nō continet omnes modos p/positionum fm q/ processit Alexander. Propter hoc soluitur dubitatio que accidit hominibus in sententia Aristotelis in mixtione cōtingentis cuius inuentis et necessarijs: id est maiore possibilis cōclusio est possibilis: quomodo docūq; sumatur minor: et est syllogismus perfectus regulatus per dici de omni: aut dici de nullo: at syllogismi sunt imperfecti nō regulati per dici de omni aut nullo si maior sit necessaria aut absoluta et minor possibilis: et hoc ostenditur inquit Commentator

ex dicto nro cum peruenerimus ad illū locū si deus voluerit. Satis est q/ presenti digressionē ostensum est q/ iudiciū in mixtione necessariarū cuius absolutus est fm p/positionez maiorē: id est maiore necessariarū et minore absoluta: conclusio est necessaria: maiore absoluta: minore necessaria conclusio est absoluta.

Digressio.

Albertus vnā necessariā et alterā absolutā seu de inesse ita ordinandos esse censuit. Quia ista p/positio: omne. b. necessario est. a. inquantū significat q/ cuiusq; simpliciter inest. b. ei necessario est a. deseruit syllogismis mixtis: propterea p/positio minor debet esse de inesse simpliciter: alioquin non recte assumeretur: non enim valet iste syllogismus: omne animal necessario est sensibile: aliquod frigidum est animal: ergo aliquod frigidum necessario est sensibile: intelligimus autē predicatus simpliciter inesse: quando semper inest: quando autem solus inest: aut vt nunc aut vltimum non simpliciter et omnino inesse intelligimus: tam et si dicatur inesse: maior nāq; p/positio necessaria determinat minorem ad esse de inesse simpliciter: cū ista p/positio: omne animal necessario est sensibile: in sensu deseruente syllogismis mixtis: significet q/ quicquid simpliciter animal est: ex necessitate sensibile est: verum q/ minor p/positio non determinat maiorem: potuit minor esse necessaria: et maior de inesse vt nunc: et talis combinatio dicta est inutilis: vel quia non pōt colligere: vel quia nō pōt cōcludere cōclusionem necessariam: etiam si posset cōcludere p/positionem de inesse. Causa autē quare syllogismi et puri necessarij et mixti necessarij reperiuntur est: quia istius p/positio necessaria: omni. b. ex necessitate inest a. duplex sensus intelligitur: quorum sensus vnus est qui syllogismis puris deseruit: alter causa est syllogismorū mixtorum ex vna necessariā et altera de inesse simpliciter.

Sunt et alij latini qui has regulas approbāt. Prima est: maiore de inesse: capiēdo de inesse vt se extēdit ad inesse simpliciter et inesse vt nūc et minore de necessario: nō colligitur cōclusio de necessario: nec de inesse: preterquam in celarent: nā celarent in tali dispositione valet ad cōcludendū cōclusionē de inesse: licet nō valeat ad cōcludendū cōclusionem de necessario: regula erit manifesta his syllogismis: omnis deus est creans: ois prima causa de necessitate est deus: ergo ois prima causa de necessitate est creans. Item: nullus deus est creans: ois prima causa de necessitate est deus ergo omnem primam causam necesse est non esse creantē. Item: omnis deus est iustus: omne creans de necessitate est deus: ergo omne creans est iustus. Item: nullus infimus planetarum est aliud a luna. Quoddā lucens de necessitate est infimus planetarum ergo quoddā lucens non est aliud a luna: at iste syllogismus colligit: nullum. b. est a. omne. c. de necessitate est. b. ergo nullū. c. est. a. verū tamen si minor restringatur per ly quod est in omnibus modis directis bene inferitur conclusio de inesse: sed non de necessario: minore enim non sic restricta et limitata non sequitur nisi in celarent. Secunda regula est talis. Ex maiore de necessario et minore de inesse in prima figura colligitur conclusio

si particularis: nam si maior est de necessario et explicitate exprimitur est syllogismus per euidētem sumptionem sub distributione maioris: valet enim omne quod est vel potest esse. b. de necessitate est a. omne. c. est. b. ergo quoddam. c. de necessitate est a. et non concluditur conclusio vniuersalis: cum nō sequatur: omnis infimus planeta de necessitate est luna: omne lucens super nostrum hemispermum est infimus planeta: ponatur inesse: ergo omne lucens super nostrum hemispermum de necessitate est luna. Tertia regula est talis: vniuersali negatiua de necessario et affirmatiua de inesse in primo et tertio modo secūde figure concludit cōclusio de necessario: at secūdos et quartus modus nō valet: supposito adhuc q/ negatiua sit de necessario et affirmatiua de inesse: nam posito q/ solus sol luceat nūc super nostrū hemispermū: nō sequitur: omnis planeta lucens super nostrū hemispermum est sol: omnem lunam necesse est non esse solem: ergo lunam necesse est nō esse planetam lucētem super nostrū hemispermū. Quinta regula est talis: si affirmatiua sit de necessario et negatiua de inesse in secunda figura nō colligitur cōclusio de necessario: vnde nō valet isti syllogismi: nullum creans est deus: omnis prima causa de necessitate est deus ergo omne primam causam necesse est non esse creantem. Item omnis luna de necessitate est infimus planeta: nulla luna lucens est infimus planetarum: ponatur ita esse: ergo omne lunam lucentes necesse est nō esse lunam. Sexta regula talis est: semper in tertia figura ex maiore vniuersali et affirmatiua de necessario et minore de inesse cōcluditur conclusio de necessario: at si maior sit de inesse et minor de necessario nō efficitur cōclusio de necessario: vnde nō sequitur omnis deus est creans: ponatur esse: omnis deus de necessitate est prima causa ergo prima causa de necessitate est creans. Item: nullum creans est deus: ponatur inesse: omne creans de necessitate est prima causa: ergo prima causa de necessitate non est deus. Septima regula est talis: in tertia figura si maior sit particularis de necessario et minor de inesse non sequitur conclusio de necessario: nāq; posito q/ luna nō luceat sed sit totaliter eclipsata: formetur iste syllogismus: quoddam lucens necesse est esse lunam: omne lucens est aliud a luna: ergo aliud a luna de necessitate est luna. Item: quoddam lucens necesse est non esse corpus celeste: omne lucens est corpus ergo corpus celeste necesse est nō esse corpus celeste: hec latini sentiunt.

Auerrois opinatus has p/positiones: omne ambulans mouetur: omne ambulans est animal esse inuentas: primam dixit esse inuentam simplicem non in tempore sensibili: cuius subiectum et predicatum est vnum per accidens: secundam fecit inuentam propter dispositionem subiecti: necessariaz propter subiectum dispositionis: et propterea talis propō nominata est inuenta p se et necessaria p accidens: at iste: omne albū nūc est hō: omne frigidum nūc est animal sunt totaliter inuenta: et dicuntur inuenta in tempore sensibili seu determinato. Ex duabus necessarijs p se efficitur cōclusio necessaria per se. Ex maiore necessaria p se et minore inuenta p se et necessaria p accidens deducitur cōclusio inuenta p se et p accidens necessaria: dictum. n. oē scribēs est hō: ois hō ex necessitate est aial ergo oē scribēs necessario est aial: at cuius maiore necessaria adiungit

inuenta in tempore determinato: aliquādo necessario: aliquando concluditur nō necessarium: hec sunt exempla: omne albū nūc est animal: oē animal ē corpus: cōcluditur oē albū eē corpus et necessarium dē specie necessarij p accidens. Item oē album nūc est hō: ois hō est animal: cōcluditur omne album eē animal et hoc non est necessarium nisi in tempore in quo nō inuenitur album nisi hō: voluit ergo Auerrois q/ minor in tali mixtione existeret inuenta per se necessaria per accidens: que inueniebatur p/posito non fm cursum naturalem.

Item maiore absoluta: minore necessaria p se inferitur conclusio absoluta nō necessaria: vnde valet: omnis homo est animal: omne animal ē nunc ambulans: ergo omnis hō ambulat: et ita p/positio absoluta que admiscetur p/positioni minori necessarie debet esse necessaria fm subiectum: inuenta fm predicatum: sed de his ad plenum infra quoq; tractabitur: hec pro presenti lectiōe dicta sufficiant.

Caput Decimum.



Contingēte aut.

Sententia huius capituli qd scribitur de modis cōtingentis non necessarij et p/positionū possibilium p/positionibus: stat in hoc. Contingens dicitur duobus modis: vno mō dicitur contingere siue cōtingens: quo non existente necessario: qd nihilominus si ponatur inesse: nihil eueniet propter id impossibile: alio mō dicitur contingens de necessario: diffinitū autem Aristoteles cōtingens: vt esset regula cognoscendo conuersiones: veluti diffinitū syllogismum vt talis diffinitio duceret intellectum in cognitionem syllogismorum: nominauit autem cōtingēs duplici nomine: quia sic et infra facit: et vt natura contingētis melius intelligeretur: definitum est ergo nomen contingētis non necessarij et non impossibilis: itaq; omnis p/positio de qua est verum dicere q/ non est necessaria et non impossibilis est contingens: quando autē dicimus nomen contingētis: quia contingenti necessario est nomen impositum: intelligimus contingens non necessarium nō impossibile: virtute illius vulgate regule: quando est nomen commune duobus: et vni illorum est nomen impositum: alteri nō: illud cui nō est nomē impositū nominatur nomine cōi. Quod autem cōtingens dicat de necessario ex affirmatiōibus et negatiōib; oppositis vt i secūdo de interpretatiōe dictū ē: manifestū ē: nā si p/positio eē: nō possibile eē: impossibile eē: et necesse nō eē: vel eadē sunt: vt sequitur se adiūtē et p/positiōib; dicte p/positiōes tertii ordinē: ergo et his opposita: p/positio eē: possibile eē: nō impossibile eē: nō necesse nō eē: aut eadem erūt: aut iutem sequentia: nam de quolibet aut affirmatio aut negatio vera: erit igitur cōtingens qd dicitur de necessario et aliquod cōtingēs erit quod dicitur de nō necessario et nō impossibile. i. q/ de quolibet ē affirmatio vel negatio vera: qd ad istā necesse ē eē: vel sequet ista: necesse ē nō esse: vel ista: non necesse est non esse: sed nō ista: necesse est nō eē: ergo ista: nō necesse est non esse: ergo et ista: cōtingēs eē sequet ad istā: necesse eē: et id pōt vocari p/tingēs

possibile: et contingens necessarium: possibile quate- nus conuertitur cum possibili: necessarium: quod dicitur de necessario: et ad ipsum sequitur: tamen si cum eo non conuertatur.

Item docet Aristoteles propositiones contingentis non necessarii conuerti secundum opposita qualitate: itaque negatiua conuertitur in affirmatiua et affirmatiua in negatiua: et in hac conuersione manet idem ordo terminorum: in alijs conuersionibus non sic euenit in quibus fit transpositio subiecti in predicatum et e contra: unde ista: omne b. contingit esse. a. conuertitur in istam: o. b. contingit non esse. a. et ista: aliqd. b. contingit esse. a. in hanc: aliquod. b. contingit non esse. a. si militer et ista: non omne. b. contingit esse. a. conuertitur in istam: non omne. b. contingit non esse. a. Et utriusque contingens: natum scilicet et indeterminatum conuertitur in oppositam qualitatem: verum contingens ut plurimum in contingens rarum: et contingens rarum in contingens ut in pluribus: at contingens indeterminatum conuertitur in contingens indeterminatum: contingens infinita et rara quauis syllogismi ex ipsis conuertuntur: a disciplinis tamen ipsis reuertuntur sed contingens nata in scientijs habent frequentem usum. In summa ergo inductum fuit caput decimum ut ostenderetur propositiones contingentis non necessarii conuerti secundum oppositas qualitates.

Auerrois Primo dicitur: et possibile in summa est hic id quod non est necessarium et cum ponitur inuentum: non accidit ex illo impossibile: et vult hic quod possibile est id quod comprehendit rem inuentam in actu et priuatum: et hoc secundum Albuminarem: sed non est verum: nam dum fortis non currit: possibile est fortis currere: et si ponatur quod fortis currit: hec propositio: fortis currit: est inuenta non impossibilis non necessaria: et per necessarium intelligit omnes intentiones de quibus dicitur necessarium: scilicet necessarium absolutum: et necessarium in relatione ad tempus quoddam: aut in preterito: aut presenti aut futuro: id est duplex est propositio necessaria: simpliciter videlicet et ex suppositione: sed non id dicitur necessarium de quo dicitur necessarium equiuoce quod est impossibile cuius definitionem non intendimus hic: nam ista propositio: non possibile est ut sit: ut istas duas impossibile est ut sit: necesse est ut non sit: et ita impossibile est necessarium equiuoce.

Item: in definitione possibilis sunt due partes: prima est: non est necessarium: quia Auerrois explanans ait: quod hec quidem sit definitio possibilis est manifestum ex eo quod non est possibile ut sint vera duo contradictoria simul: quia ius dicti nostri quod non possibile est ut sit: et impossibile ut sit: et necesse est ut non sit: est contradictorium dicti nostri: possibile est ut sit: et non impossibile est ut sit: et non de necessitate est ut non sit: quod est: quia horum quoddam sequitur quoddam: scilicet quia dictum nostrum: non possibile est ut sit: dictum nostrum: impossibile est ut sit: et dictum nostrum: necessarium est ut non sit: sicut sequitur dictum nostrum: possibile est ut sit: dictum nostrum: non impossibile est ut sit: et non necesse est ut non sit: et cum sit ita: et est unumquodque necessarium aut ut verificetur de eo negatiua aut affirmatiua: ergo de dicto nostro: possibile est ut sit: necesse est ut verificetur dictum nostrum: non de necessitate est: cum falsificetur de eo dictum nostrum: de necessitate est: et propter hoc conuertitur hoc donec dicamus: id est recte dicitur

mus: omne possibile non est necessarium: et quod non est necessarium est possibile.

Rursus Secunda pars definitionis talis erat: et cum ponitur inuentum non accidit ex illo in possibile: quia intendens Commentator declarare: ait: et ideo syllogizatur ut sit genus huius definitionis quod significat dictio illud quod est apprehensum inuentum et priuatum: et dicitur et dicitur nostrum non de necessitate: et erit quod addit in ea quod cum ponitur inuentum non sequitur ex eo impossibile: propter quod ex proprijs possibilis: non dicitur ex differentijs: et hec est sententia Albuminaris in tali definitione. i. creditur dicitur Auctor: quod ista propositio: Lato ambulat: est possibile: siue est vera: siue falsa: ideo dicitur apprehensum inuentum et priuatum erat genus possibilis: et illa particula: non de necessitate: erat differentia: nam propositio vera non necessaria est possibilis: et propositio falsa non de necessitate est possibilis. At Auerrois qui opinatur hanc propositionem: Lato ambulat non esse possibile: si Lato ambulet: dicitur: et sustinetur ut sit hoc dictum differentia vltima in definitione: et erit intellectum ex dicto non de necessitate. i. id quod non est inuentum: sed non est necessarium non inuentum: sed cum ponitur inuentum non accidit ex eo impossibile: eritque secundum hoc genus contingentis priuatum: et differentia que appropriat ipsum est cum ponitur inuentum non sequitur ex eo impossibile: per priuatum ergo Auerrois intelligit quod actu non est: omne possibile actu non est: sed non omne de quo est verum dicere: actu non est: est possibile.

Item: volens probare Auerrois quod propositiones possibilis conuertantur in oppositam qualitatem: ait: et demonstratio super hoc est quod possibile non est necessarium inuentum: et quod non est necessarium inuentum: non impossibile est ut non inueniatur et quod non impossibile est ut non inueniatur possibile est ut non inueniatur ergo quod possibile est ut inueniatur: possibile est ut non inueniatur: et quod possibile est ut non inueniatur: possibile est ut inueniatur: cum sit non necesse est ut non inueniatur: propositioes autem possibilis alie sunt equaliter: alie in pluribus alie in paucioribus.

Digressio.

Quia Commentator arbitratur propositionem possibilem: et propositionem de inesse illi cor- respondentem pugnare adinuicem: nam si Lato ambulat: falsa est ista propositio: possibile est Lato ambulare: et si non ambulet: falsum est quod sit possibile Lato ambulare: ideo ut mens eius intelligatur propono in primis hanc consequentiam: possibile est Lato ambulare: ergo possibile est ipsum non ambulare: sed ex antecedente inferitur: ergo Lato non ambulat: ex consequente: ergo Lato ambulat: ergo due propositiones contradictorie poterunt stare simul. Solutio est: in propositionibus possibilibus singularibus et particularibus et indefinitis: valet quidem consequentia ab affirmatiua de dicto ad negatiua de dicto: sed antecedenti correspondet sua de inesse: non autem consequenti: quod quidem consequens de possibili sumitur pro propositione de inesse: idem namque est dicere: possibile est Lato ambulare: ergo possibile est Lato ambulare: perinde ac si quis dicat: possibile est Lato ambulare: ergo Lato non ambulat. Item si possibile est omnem hominem currere: alius homo non currit: licet valeat

nesciuit rem nunc: habens rationem & saluatus est: salua re: nec est oblitus: nec p̄uis sciuit: corumpet aut vtiq; mediū nisi sit necessariū: quare h̄bit q̄d rōnē: re salua. nescit aut neq; ergo p̄uis sciuit. Si vero nō corruptū est: cōtingit aut corūpi: q̄d accidit vtiq; q̄z erit possibile & p̄tingēs: s; est impossibile sic se h̄ntes scire. Lū igit conclusio ex necessitate q̄d ē: nihil phibet mediū nō necessariū eē p̄ q̄d demonstratū ē. est eiz ex nō necessarijs necessariū syllogizare: sicut & veruz ex non veris. cūz aut mediū ex necessitate est & conclusio ex necessitate: sicut ex veris veruz semp. Sit. n. a. de. b. ex necessitate: & b. de. c. necesse ē ergo & a. c. inesse: s; cū nō necessaria ē conclusio neq; mediū eē necessariū possibile ē. Sit eniz. a. in c. non ex necessitate: in. b. aut. a. & hoc in. c. ex necessitate. a. ergo in. c. ex necessitate erit: sed nō cōcessuz ē. Quoniā igit si scit demonstratiue opz demonstratiōne h̄re: aut nō sciet neq; p̄ q̄d neq; q̄z: quare necesse ē illud eē: s; aut opinat nesciēs: si accipiat tanq; necessarium nō necessariū: aut neq; opiabit: s; siue sciat q̄ per mediata vel imediata siue propter q̄d per imediata vel mediata.

Intendens Aristoteles declarare hunc modum arguendi valere in demonstratiōe: conclusio est necessaria: ergo & p̄missa: adducit & alias rationes ad ostendendū demonstratiōne constare ex necessarijs. Tum q̄ nemo sciet: quare conclusio necessaria sit: nisi p̄positiones necessarias cognoscat. si quis enim animal contineri in homine credat: quia deambulat: conclusiōne necessariam cognoscat: sed ignorat cur animal p̄tineatur in homine p̄t tale mediūz extingui salua conclusiōne: & ita tollet causa qua conclusio necessaria esse videatur. Unde nō tantum hunc modum arguendi esse de forma: p̄missa sunt vere & necessaria: ergo & conclusio: iste autē est solum de materia: conclusio est necessaria: ergo p̄missa. non enim quilibet sibi similis in forma valet.

Tum q̄: medio cōclusiōnis necessarie p̄tingētes: salua cognoscens: cognitio: cognitū: ergo per illud conclusio non scitur: licet eniz mediū nō fuerit corruptū: posset tamē corūpi. Ostensio itaq; demonstratiōne nō cōcludere necessarium nisi ex necessarijs: ne hoc superflue ostendisse videatur: declarare syllogismū sepe inferre necessarium ex non necessarijs: veluti & verum ex non veris: ex necessarijs autē & veris semp colligitur necessarium & verum: & per demonstratiōnem in textu intelligit syllogizatum: recapitulat tandē que dicta sunt: dictas oportere scientem habere syllogismū ex necessarijs: siue sciat ipse quia per mediata vel imediata: siue propter quid per mediata vel imediata. Themistius inquit: habere conclusiōes per demonstratiōnem nihil aliud est q̄ per medium tale astringi quo sublato necessariū sit cōclusiōne nec p̄fecte nec absolute cognoscat: siue de cā siue de effectu agat: qm̄ pbamus qm̄ corp; esse q̄d orbiculari motu p̄uertitur

ipsius ut sit ostendimus: quādo lunam deficere interpositu obiectuq; terre ostendimus: ipsius quāobzē ex plicamus: hōz vtrūq; sigs per media nō necessaria cōprobet p demonstrationē scire nō poterit. **L**ynconiensis ait: dicit itaq; Aristoteles q; oportet demonstratiue scientē habere syllogismum ex necessarijs: aut nō sciet ppter qd cōclusio est necessaria: neq; q; est necessaria: sed aut opinabit se scire cū nescit: vt si accipiat mediū cōtingens tanq; necessariū: aut forte nec opinabitur se scire: vt si nouerit mediū cōtingens esse: & fm vnam similitudinē currit res in hoc q; oportet scientē habere syllogismū ex necessarijs: siue sciat ppter qd per mediata vel p imediata: siue sciat ppter qd per mediata vt imediata: & dicit hic syllogismus q; ois syllogism⁹ ostēdit per effectū: & ppter qd qui ostendit per cām. Syllogismus quia mediatus est iste: luna vmbraz non facit: planeta vmbraz non faciens deficit: ergo luna deficit. Syllogismus q; imediatus est iste. plena luna cum sit vmbraz nō facit: nō faciens vmbraz in plenilunio deficit: luna igit deficit. Syllogismus ppter quid mediatus ē iste: luna cū sit fm diametru a sole: obijcit ei terra: ex obiectu aut luna deficit: ergo luna deficit. Syllogism⁹ ppter qd imediatus huiusmodi est: luna cum sit scōz diametru a sole in capite vel cauda draconis: obijctur ei terra: ex obiectu aut deficit: ergo luna deficit. **H**is adijciēduz est: cum ad vnam cōclusionē possint esse plura media potissima in diuersis generibus causaz: vno medio sublato notitia cōclusionis absolute nō destruitur: sed respectu tantū illius mediū. **P**erempto ē sciēte tam principali q; totali: tollit necessario sciētia: que etiā auferit per obliuionem totalem: quia reminiscētia exposcit obliuionem imperfectā & truncatā. **T**ertio: sciēduz est q; discōueniētia mediū ab altero extremoz nō pot esse causa puenientie vnus extremi cūz altero: ideo pmissa negatiua existēte cōclusio est negatiua: sed nō si altera pmissa sit falsa: sequit cōclusio falsa: nō obstat q; oia hec sint qualitates ppositiōis. pmissa enim falsē solū gratia materie ordinate in modo & figura in ferunt veram cōclusionē: veluti duo numeri impares bene constituūt vnus numerū pares: nō quatenus sunt impares: sed put est in eis materia numeri partis. sunt itaq; quedam falsē ppositiones que habent in se ptes vnus vere: quedam nō: & hac lege falsuz non est causa vere: vt ipsuz cōstituentis: sed vt habens in se aliqd per qd cōstituantur fm materias.

Accidentiu aut nō per se quō determinatum ē p se quidez esse: nō ē sciētia demonstratiua. nō eniz ex necessitate demonstrare ē cōclusionē. accidens eniz cōtingit nō inesse: de tali dico accidēte. **E**t tamē opponet fortassis aliq; cui⁹ cā hic oportet interrogare de his si nō necesse ē cōclusionē esse. nihil eniz differt si aliq; interrogatus cōtingētia & postea dicat cōclusionē. oportet aut interrogare nō tanq; necessariū ē ppter interrogata: s; qd dicē necesse ē illa dicē & vere dicē si vera erūt q; sunt.

Proponit tertia ppositio pbanda talis: accidētium que per se nō sunt non est demonstratiua scientia. nam non potest huiusmodi conclusio ex necessarijs demonstrari. sit enim vt accidens ipsum non inhit: de tali nāq; accidente loquor qd nō est necessariū: sed pstat q; demonstratiua scientia est ex necessarijs: ergo accidētū q; p se

nō sunt nō est demonstratiua sciētia: q; igit oē nō per se cōtingit aliter se habere: & nulla demonstratio sit illuz qd cōtingit aliter se habere: nulla demonstratio erit ex his que sunt nō p se: & cū ita sit dubitabit aliquis cur oportet interrogare ppositiōes cōtingētes: si cōclusio necessaria sequi nō pot. **S**olutio est: nihil refert si quis piam cōtingētia interrogatus: postea cōcedat cōclusiōnem: sed ea interrogare oportet: non vt per interrogata necessariū quicq; efficiat & sequat: verū q; cōclusiōnem cōcedere necesse est: sigs illa cōcedat: & veraz esse fateri oportet cōclusionē: si illa vera sint. **S**cribit **L**ynconiensis: dubitabat aliq; qua de causa oportet querere & syllogizare ea que per se non sunt: cū nō sint necessaria sed cōtingētia: cōclusionē autē syllogismi necesse est accidere ex pmissis: sed qui sic opponit nōdū videt quoniam aliud est aliquid esse in seipso necessarium: & aliud est aliquid de necessitate esse si aliud est: cōtingēs aut quod sequit syllogistice ex alijs cōtingentibus non est simpliciter necessarium: sed ē necessarium esse si illa sunt ex quibus ipsuz necessario sequitur. i. conclusio cōtingens sequitur ex pmissis cōtingentibus necessario necessitate cōsequētie: nō cōsequētis. & hoc est qd dicit **T**hemistius: de ppositiōibus cōtingentib; cōclusio seorsum & a se necessaria nō euadit: tamen necessario sequit quatenus pponēs illas admittimus: verū ad demonstratiōem artificiu iterogandi nō pntet q; syllogismū scientie ab eo qd pposita cōcedant aut negent pendere non conuenit: s; ex ipsa plane rerum natura. **A**uerrois ait: dicit in definitione syllogismi q; est oratio ex qua sequit res alia necessario: nō dicit res alia necessaria: ergo necessitas in syllogismo est in ipsa cōsequētiōe cōclusionis ex ppositiōib;: nō in essentia cōclusionis necessarie. **I**n summa presenti caplo declaratu ē multis rōmb; ppositiōnes demonstratiōis oportere inueniri necessarias.

Digressio.

Solutio sunt obiectiones que cōtra determinationes huius capituli afferri solent. **I**n primis: patefacta est necessitas cōclusionis per necessitatem pmissaz: & cōtra necessitas pmissarum p necessitate cōclusionis: ergo cōmissus ē circulus. **T**ertio: modo ostendit demonstratiōe ē ex necessarijs: quia est ex his que sunt per se: sepe ex his que sunt per se: quia est ex necessarijs. **S**olutio est: necessitas cōclusionis declaratur per pmissas vt per causas efficientem & demonstratiōe propter quid: necessitas autem pmissarum per conclusionē ostenditur & demonstratiōe quia: & sic euitatur circulus: ait **A**lbertus magnus vocans demonstratiōem per causam finalem demonstratiōe quia: hoc vt arbitror: fundamētum: nam conclusio finis est pmissarum: & non colligit iste modus arguendi nisi de materia: conclusio est necessaria: ergo & pmissa. similiter apud latinos hec ratio est demonstratiō propter quid: demonstratiō ē ex his que sunt per se: ergo ex necessarijs. hec autē est: demonstratiō quia est ex necessarijs: ergo ex his que sunt per se. at **L**omentator fecit istam consequentiā: demonstratiō est non ex accidentalibus: ergo est ex his que sunt per se.

Rursus quattuor sunt enumerate conditiones quibus quidem scientia deponi potest & saluari: habens rationem: saluatus: salua res sit: & non oblitus: ergo videtur Aristoteles mortalitati animozum consentire. **S**olutio est: sublato animali nō erit

Caput septimum.



Noniam autem ex necessitate sunt circa vnūquodq; genus quecunq; p se sunt & fm q; vnūquodq; ē manifestum est quoniam de his que per se sunt demonstratiue sciētie ex talibus sunt: accidentia quidē enim non necessaria sunt: quare non necessariū est conclusionem scire propter quid sit: neq; si semper sit. **N**on per se autem: vt sunt per signa syllogismi. **H**oc n. per se ex huiusmodi non per se sciet neq; propter quid: ppter quid autem scire ē per causam scire: propter ipsum ergo oportet & medium tertio & primum medio inesse.

Docet duabus cōclusionibus Aristoteles pntēti capite demonstratiōem constare ex ppositiōibus proprijs & peculiaribus nō ex alienis. **P**rima ē talis: oportet mediū tertio: & mediū primum per se inesse: si per causas & demonstratiōe scire debeamus: nam circa vnūquodq; genus subiectum necessario insunt ea sola que per se sunt: ergo demonstratiōes scientiarū effectrices ex his que sunt per se & necessarijs constat ppositiōibus non accidentalibus: accidentia nāq; non sunt necessaria: ergo ex accidentalibus nō ē necessarium scire conclusionē propter quid est: dato etiā q; accidentia sint inseparabilia & semper insunt subiectis: non sunt autē per se: vnde syllogismi per signa non faciunt scire per se & propter quid res sit: cū scire per se & propter quid nihil aliud sit q; scire per causam. constat autem signa & id genus accidentia causas non ēē: ergo si scire debeamus oportet tertio mediū: & mediū primum inesse. **T**hemistius ait: syllogismi q; ppositi cōstentur a signo fere media sumunt que firma & ppetua sunt: nam & lacere semper inest mulieri que perit & igitur fumare: sed media hec accommodat demonstratiōi non sunt: quia in hoc genere pposita ex consequentibus concluduntur: ergo **T**hemistius arbitrat demonstratiōe quā non esse demonstratiōes. **A**duertendū: passio nō scitur perfecte de subiecto nō adequato: siue illud sit magis cōmune: siue minus cōmune. **N**e q; scitur de subiecto consentaneo nisi per medium cōmune cum subiecto: & propria passio: sit n. demonstratiō in primo modo prime figure. **I**tem habentes subiecta adequata de illis primis sunt demonstrabiles: cū tales passiones cōstituant subiectis diuersaz rationū per eozum rationes.

Nō ergo ē ex alio genere descendētes demonstrare vt geometram in arithmetica: tria enim sunt in demonstratiōibus. **A**nuz quidē qd demonstratur conclusio: hoc autē ē qd alicui generi inest per se. **A**nū autē dignitates: dignitates autē sunt ex quibus ē demonstratiō. **T**ertiu autē genus subiectū ē cuius passione & per se accidentia ostēdit

nō erit scientia: auctore pbo in pdicamēto relationis: modus aut quo scientia acquiritur vel deperdit opere: pretius est vt inducat: **A**uerrois. 7. phisicorū. 20. format istam rationē: cognitio acquiritur intellectui nulla mutatione facta in ipso intellectu: ergo cognitio non terminat veraz alteratiōe: vñ sicut columna efficitur dextra & sinistra per motuz fortis sine mutatione eius: ita & homo efficitur sciens absq; mutatione intellectus. pars ergo cognoscens non transmutatur sed quoddā aliud: & ex hoc infero corolarie q; intellectus agens nō ponitur ex parte intellectus possibilis: sed tantum ex parte obiecti: quod virtute intellectus agentis transfertur de ordine materialium ad ordinem abstractoz: 3. de anima. 13. quando enim cogitativa virtus deferuiens intellectui cogitat hunc equum habēs in se huius equi idolum & simulachrum: mox lumen intellectus agentis simulachru istud pulsāt: non aliter q; radius solis aquaz: atq; vt radius hic solis ab aqua repercutus in oppositum parietem: ibi circulum procreat splendidū atq; tremulum: ita predictum lumen pulsans particulare equi idolu & simulachru: atq; ex eo simulachro in vim intellectus capacem reflexus: in hac ipa inde spectez quādam parit: que nō amplius hūc equū sed equum referat & representat: talis enim forma facta abstracta presentat intellectui possibili ipsium perficit absq; hoc q; inheret: veluti si per possibile intellectio qua fortes intelligit lapidem esset separata a forte: & tamen fortes per eam intelligeret: tunc ipsa esset forma perficiens fortem: non tamen inhereret intellectui fortis: & quāmodum homo post somnum virtutē sciētia actu: absq; hoc q; scientia acquiratur generatione & alteratiōe: ita quis incipit scire denuo absq; hoc q; scientia illa noua terminet generationem & alteratiōes: verū tamen sciens cum non vtitur sua scientia est in potentia accidentali: at addicens antequā addicat est in potentia essentiali: & 2. de anima ponebatur differentia inter doctrinationem & rememoratiōes. **E**t est aduertendum q; apud **P**latonē habitus erant cōnatura les intellectibus multiplicatis & nostrum scire erat remissus: at **A**uerrois arbitratur vnū tantum intellectum cui cognitio equi perpetuatur varijs diuersoz hominum fantasmatibus eam conseruantibus: & ita apud **L**omentatorē nostrum scire erat aliquo modo reminisci. 3. de anima. 5. si autē fantasmatia valeant cōseruare intellectiōem in intellectu: opus est vt sit retentio accidentium: lumen nāq; intellectus agentis non figitur supra fantasmata puerorum & ebrioz: nō acquiritur ergo de nouo scientia discipulo: quia cum sit idem intellectus apud **A**uerroim: erit & eadem sciētia discipuli & preceptoris facientis q; intellectio que erat continuata cum suo fantasmate continuatur cum fantasmate discipuli. **D**ico tamen fm fidem & veritatē q; preceptor: causat in discipulo nouam scientiam excitando intellectum eius per principia nota & per determinatam principiorū ad cōclusionē applicationem: neq; sequitur q; scientia sit qualitas actiua. quando. n. aliqua qualitas agit in aliud: nō requirit i illo in quod agit esse aliqd agens principale iuuans ipsaz: at scientia preceptoris nō est qualitas sufficiens ad inducendum scientiam in discipulo: sed principale agēs ne. trinsecum discipulo: vt intellectus agens suo. lumen verus etenim doctor: est qui interius mente **L**ynconat & intellectum & veritatem ostendit: vñ in. 3. d. mense primo posteriorū: sed de his anima tractandum est.

demonstratio. Ex quibus quidem igitur de-
monstratio fit contingit eadem esse. Quorum
autem genus alterum est: sicut arithmetice
et geometrice non est arithmetica demon-
strationem conuenire in magnitudinibus ac-
cidetia: nisi magnitudines numeri sint. Hoc
autem quemadmodum contingit in quibus-
dam posterius dicitur: sed arithmetica de-
monstratio semper habet genus circa quod
fit demonstratio et alie similiter. Quare aut
simpliciter necesse est idem esse genus aut
sic si debet demonstratio descendere: aliter au-
tem impossibile esse manifestum est. Ex eo-
dem igitur genere necesse est ultima et me-
dia esse. Si namque non sunt per se accidentia
erunt: propter hoc ergo non est geometre mon-
strare quod contrariorum sit eadem disciplina: sed
neque duo cubi unus cubus sint: neque scientie
alterius quod alterius sit. Sed aut quecum-
que sic se habent adinuicem quod sit alterum sub
altero: ut perspectiua ad geometricam et con-
sonantia ad arithmetica. Neque autem si ali-
quid inest lineis non sicut quod linee sunt et non
inquantum ex principijs proprijs sunt: ut si
pulcherrima linearum sit recta: aut si contra-
rio se habeat circulari. Non enim est sicut quod
proprium genus ipsorum est: sed inquantum
comune quoddam est.

Secunda propositio talis est: non contingit demon-
strantem descendere ex vno genere in aliud genus. i.
vna scientia non demonstrabit aliquid de subiecto alteri-
us: nisi quod diuersarum scientiarum subiecta fuerint
idem simpliciter aut idem quodammodo. Series autem
verborum Aristotelis huiusmodi est. fieri non potest
ut ex alio genere in aliud genus quisquam demigrans
demonstret. i. conclusio geometrica arithmetica non de-
ducit demonstratione: non possunt. n. dignitas: passio
et subiectum transcendere de genere in genus: demon-
stratio autem nihil aliud est quam dignitas: passio et subie-
ctum: ergo non poterit demonstratio migrare de gene-
re in genus: unde tria in demonstrationibus conspi-
ciuntur. vnum quidem quod demonstratur conclusio
i. passio que inest alicui generi per se: n. passio est per di-
catum quod demonstratur in conclusione subiecto cui
inest per se. alterius sunt dignitates. ac proinde subiecto
aut dignitates ex quibus formatur diones: et sunt
tantum comprehendit omne generis principiorum propriorum
aut est genus subiectum cuius passiones et per se accidit
ostendit demonstratio: ut magnitudo: ut numerus: i.
cut. n. diffinitio est via et instrumentum ad cognoscen-
dum quod quod est: ita demonstratio via est ad percipiendas
passiones et affectiones que subiectis proprijs compe-
tere manifestantur. i. de anima. 4. Ex quibus igitur est de-
monstratio contingit eadem esse. i. dignitates in sua com-
munitate acceptas conuenit easdem esse in pluribus sci-
entis: sicut hanc dignitatem: que vni et eadem sunt equa-
lia sibi inuicem sunt equalia: recipit tam geometer quod

arithmeticus: vterque tamen communitatem huiusmodi digni-
tatis coartat ad propriam materiam cum ex illa syllogi-
zat. Scientie autem quarum subiecta sunt diuersa non
possunt communicare in demonstratione vna: ut altera
descendat in reliquam: fieri. n. nequit ut ad ea que ma-
gnitudinibus accidunt accomodetur arithmetica de-
monstratio: nisi sint ipse magnitudines numeri. i. ut di-
cit Lynconiensis: accidit quandoque quod due nature que
sunt sicut species opposite altera fiat in natura alteri:
sicut magnitudo cuius sit species opposita numero fit in
natura numeri et fit quodammodo numerus: cuius sit ma-
gnitudo rationalis et numerata: et tunc scientia de nu-
mero descendit in scientiam de magnitudine: quo autem
pacto in quibusdam fieri potest: ut demonstratio vni-
us scientie alteri accomodetur: paulopost dicitur: si con-
stat nunc quod arithmetica demonstratio semper habet subie-
ctum genus circa quod ipsa versatur: et alie similiter: er-
go si transire migrareque debeat demonstratio de gene-
re in genus: necesse est aut esse idem genus simpliciter:
aut aliqua ex parte: aliter vero patet fieri non posse: nam
si medium et extrema sunt eiusdem generis: demonstratio
non transit de genere in genus: sed medium et ex-
trema sunt eiusdem generis: cum per se esse debeant: nam
si non essent per se: forent accidentia ex quibus nulla
formatur demonstratio: ergo non est officium geome-
tre demonstrare quod contrariorum vna sit scientia: neque quod
duo cubi sint unus cubus: nec quod linea recta sit pulcher-
rima linearum: aut contraria circulari: hec. n. p. miscua
videntur et in pluribus generibus reperta: neque om-
nino quod vnius scientie est: alteri incumbit demonstra-
re nisi in his quecumque sic se habent: ut altera sub alte-
ra continueatur: quo pacto perspectiua ad geometria:
et musica ad arithmetica se habet: quare explanatus est
sufficenter quod non est demonstrare descendente ex ge-
nere vno in genus aliud nisi cum genus subalternatis
et genus subalternati sint simpliciter idem vel quo-
dammodo idem. Et hemistius inquit: quando genera illa
quasi communicant: et nature que subiecte scientijs
sunt societate aliqua continentur: tunc alteri alterius
presidio uti conceditur: et pronuntiata alterius ad primo-
dum suum transferre: hoc federe perspectiua cuius geo-
metria: musica cum arithmetica: medicina cum naturali
phya coniungitur: his palam est demonstrationem prestare
ex proprijs non ex alienis.

Est pro maiori textus explanatione in primis nota-
dum: per genus intelligit Aristoteles subie-
ctum: et sunt medium et extrema eiusdem generis ad hunc
sensum quod ipsius genus est alterum extremum: cum sit mi-
nor: extremas: alterum est eius per se accidens: medium
vero est subiecti diffinitio que est ratio formalis subie-
cti. i. est id per quod subiectum efficitur compositum et op-
portunum subiectum respectu predicatorum secundum
modum: est namque vna scientia vnius generis subiecti par-
tes et passiones considerans. Rursus numerus cubus
est qui confurgit ex ductu alicuius in seipsum bis: ut
sunt. 8. et. 27. duo numeri cubi et eiusdem denomi-
nationis: et alterius sepe constituit tertium numerum cubum:
veluti cum dicimus: octies octo parit. 64. cuius radix
quater quattuor: quater. Itaque octies. 27. generant
ad partes sex series constituit. 216. et talis consideratio
que seruetur non ad geometria pertinet. sunt ergo ali-
uersa in quibus subiecta sunt penitus et totaliter di-
recte genus. Non huiusmodi demonstratio migrare de gene-
re in genus: et inuicem et alie que subiecta se habent
vel essentialiter vel accidentaliter in quibus

quibus quod fas est descendere de vno genere in aliud:
ut exemplo geometrie et perspective: arithmetice et musi-
ce: physe et medicine comprobatus est.

Digressio.

Contra determinata non est putandum has rationes
concludere: eandem passionem diuersi arti-
fices considerant: nam speritas a geometra: astronomo
et naturali considerat. Et eclipsis a naturali et astronomo. Itaque
eodem medio diuersae facultates uti possunt. Et metaphysi-
ca et dialectica possunt descendere in alias facultates: cuius
sunt scientie coes. Rursus eadem passio ut perpetua
potest ostendi de diuersis subiectis in primo motore:
primo motu: prima materia: ergo non est necesse per medium
et extrema esse eiusdem generis. Solutio est: diuersi arti-
fices possunt uti eisdem principijs actis tamen: non inueniunt
etiam scientias diuersas eandem passionem de eodem subie-
cto demonstrare: et hac lege descendit esse concedendus:
namque tamen possunt due facultates quecumque sunt in subie-
cto primo et adequato conuenire: quod per se illud scientie
scitum est. In diuersis et scientijs non potest medium
omnino et formaliter esse idem. Aliqui volunt metaphysi-
cum et dialecticum descendere in omnes facultates: at diu-
num quo ad res consideratas: dialecticum quo ad modum
procedendi. Preterea dicendum est oportere medium et
extrema esse de genere scibili: namque de eodem genere
scibili non est nisi huiusmodi attributione per se ad idem gen-
us scibile sicut rationem illam sicut quam considerat in illa facultate:
vni in scientia est ordo subiectorum: principiorum et passio-
num: que dicitur sunt principia que sunt subiecta adeo quod
de illis aliquid demonstratur: ostendit enim metaphy-
sicus primus principium complexum de quolibet dici-
tur esse vel non esse: esse verissimum: certissimum: notis-
simum firmissimum. Alique sunt passiones de quibus
etiam aliquid demonstratur: que dicitur sunt in scientia ita
subiecta quod nullatenus passiones esse comperiuntur.
Quare etc.

Capitulum octauum.



Manifestum est autem et si sint
propositiones vniuersales ex
quibus est syllogismus: quod
necesse est et conclusiones esse
perpetuas huiusmodi demon-
strationis et simpliciter ut est di-
cere demonstrationis.

Presenti capite proponitur hec propositio declarata:
conclusio cuiuslibet demonstrationis est perpetua:
nam cum demonstratio sit ex vniuersalibus et omne vni-
uersale sit perpetuum: ergo conclusio est perpetua: ergo
demonstratio et diffinitio est per se incorruptibilis: er-
go eorum que sepe sunt ea lege quod semper sunt erunt
demonstrationes: ergo fieri non potest: ut vniuersalibus
demonstretur simpliciter nisi ex proprijs cuiusque prin-
cipijs: ergo difficile est quepiam nosse: sciat nec ne. Se-
ries autem verborum Aristotelis huiusmodi est: patet
si propositiones sint vniuersales ex quibus fit syllogis-
mus: necesse est conclusionem esse perpetuam huiusmodi
demonstrationis et simpliciter ut est dicere dionis. i. omnino et abso-
lute demonstrationis propositiones sunt vniuersales. Et he-
mistius arbitrat conclusionem et premissas posse appellari
vires equales primo: verum quod vires est propria passio ad sub-

iectum sententiam relata: propterea appropriate conclusio est
vires: premissa vero rudiuscule.

Non ergo est demonstratio corruptibilis:
um: nec scientia simpliciter: sed sic est sicut sicut accidens.
Ad autem vniuersaliter ipse non est
sed aliquando et sic: cum ita autem sit neces-
se est alteram non vniuersalem esse propositionem
et corruptibilem: corruptibilem quidem quia
et conclusionem: cum sit non vniuersale au-
tem: quando hoc quidem erit: hoc autem non
erit ex quibus est: quare non erit syllogizare
vires sed quoniam nunc est.

Inferitur primum hoc corollarium: non est eorum que
intererunt demonstratio: neque scientia simpliciter: sed
sic sicut est secundum accidens. i. sed tamen per accidens est cor-
ruptibilium demonstratio et scientia. hoc. n. ideo est quod
huiusmodi accidentalis demonstratio et scientia si est
est quod est vniuersale: si autem est demonstratio acciden-
talis: necesse est alteram propositionem esse non vniuer-
salem et caducam. caduca quidem: quoniam et conclusio
cum est: caduca est et corruptibilis. non vniuersales
autem: quoniam conclusio non vniuersalis est: quod
dam non erit eorum que subiecti subeunt ratione: qua-
re fieri nequit vniuersaliter syllogismus et pro omni tem-
pore: sed pro aliquo tantum. Et hemistius ait: que con-
firmatio conclusionis esse potest: cuius subiectus dispo-
lubile subiectum habebatur: et cui predicatum neque sem-
per neque simpliciter sed modo inest: modo non inest.
Plane quorum conclusio commutabilis et corruptibilis
est: in his propositiones nec vniuersales omnes haben-
tur neque per se: sed necesse est saltem alteram corruptibi-
lem nec vniuersalem afferri. Lynconiensis de eternita-
te vniuersalium nonnulla scribit de ideis que sunt deo-
rationes producendi diuersas creaturas: et tandem con-
cludit dicens: genera et species rerum corruptibilium
necesse est ut sint incorruptibilia altero istorum duorum
modo: um: vel quia non ex seipsis corruptuntur: sed
egeant deserente: corruptuntur per corruptionem dese-
rentis corruptibilis: vel quia semper saluantur per suc-
cessionem continuam indiuiduorum. species. n. que in ali-
quibus regionibus corruptuntur in hyeme: sunt in locis
tunc habentibus temperie saluantur. non est. n. hora
temporis in qua alicubi terrarum non sit temperies et
tempus conueniens generationi et profectui: et cum vni-
uersalitas non sit perfecta nisi manentibus. omnibus su-
is partibus: verisimile est omnes species omni hora ma-
nere: alioquin vniuersalitas aliquando est completa:
quandoque diminuta. Zuerrois. 2. de anima. 35. inquit:
intendit generatiuum. i. animal genitum per propagationem:
et non generatiuum. i. animal genitum ex putrefactione
materia: vtrumque. n. permanet sicut species: sed generatiuum
habet semper hoc: quia si deperderetur: non posset ve-
rum talis species reparari: et non generatiuum in maio-
ri parte et in pluribus subiectis. i. animalia genita per
putrefactionem modo abolerunt: modo renascuntur: et
ita fit prolongatio et permanentia sempiterna in spe-
cie: et quemadmodum non faciunt ad esse vniuersales:
et syllogismus sit in prima figura: necesse est altera pre-
missarum esse non vniuersalem: dicitur in prima figura:
nam sequela hec colligit: omnis homo est scibile: omnis
homo est animal: ergo aliquod animal est scibile: con-

clusio nihil minus est non vniuersalis & premisse sunt vniuersales: vnde demonstratio particularis non est proprie demonstratio: cum per alterum & virtute vltis scire faciat: & quato particularis minus scire qd vlt: tanto demonstratio particularis minus simplr dco est qd vltis: qz tñ demonstratio particularis conclusio interdū est de oi & per se: interdū p se nō de oi: nihil phibet ipsam esse perpetuā non vltm: pariter & ex ppetuis & incorrupti bilibus nō vltibus procedere. Rursus: istius ppositio nis scientia est corruptibilis: fm accidēs: duplex sen sus existit: primus est: scientia est vltim que sunt corru ptibilia fm accidēs: merito singulariū: peremptio. n. primis substantijs pereunt cuncta alia a primis substan tijs: vñ habent intellecta speculatiua duplex subiectū. intellectū possibile: & hoc est eternus: merito cuius stat vltia perpetuari. aliud sunt fantasinata: & rōe illius sunt vltia corruptibilia: vltia. n. in pdicādo cōseruant in eo dem intellectu mediātibz diuersoz hominū fantas manibus: & cum sint eterna in esse intentionali: eis non repugnat inceptibilitas & desibilitas. Sensus secundus est: scientia p accidēs terminat ad corruptibilia. i. particu laria que per se corruptibilia.

Similiter autē se hz & de diffinitione: qm est quidem aut demonstrationis principij diffinitio aut demonstratio pōne differēs aut cōclusio quedā demonstrationis.

Secundū corollariū: simili mō & circa diffinitiones res sese hz: vt perpetue sint & incorruptibiles: qz diffi nitio aut principij est demonstratio: aut demonstra tio solo situ dispositione qz distans: aut quedā demon strationis cōclusio: merito igitur similiter se habēt: vt & de demonstrationibz dicitur est Themistius inquit: diffinitio est initiū demonstratiois qñ vel pro imedia ta ppositione vel pro termino in ppositione desumit. Situ solo a dione differt: quotiens talis diffinitio est: que cām ret: cur ita sit cōtineat: vt illa: deliquit solis est occultatio luminis eius ob lunaz et oppositaz atqz subiectaz: diffinitio hec ordine paululū mutata in de monstratioes cōmeat: hoc modo: luna subiecti solis: id qd subicitur: occultat: ergo luna opposita solem occultat: cōclusio demonstratiois definitio ea est que causam materialez attingit. Triplices igitur tāgunt diffinitio nes: nāz quedā est imediata: & hec pp quid dicit: est qz demonstratiois principij: vt hec: deliquit seu eclipsis lune est obiectus terre ex diametro soli lune qz mediū. quedam autē est mediata: que quidē solum qd est ipoz tat: & hec ad cōclusionē attinet: vt est hec: priuatio lumi nis in luna. alia est que nō nihil imediati mediātiqz in sinuat: que tccirco & qd & pp qd dicere nō imērito asse ritur: & hec a dione demonstrari solo situ & ppositionis ordine: sed de his. 2. huius dicēdum est.

Eorum autē que sepe sunt demonstra tiones sunt & sciētie: vt lune defectus: mani festum est quidē quoniam fm qz huiusmodi sunt semper sunt. Inquantū autē non sem per fm partē sunt: sicut autē defectus: simili ter est in alijs.

Tertium corollariū est: eorum que sepe sunt: vt lu ne deliquit: demonstratioes ac sciētie sunt: vt hec res tales sunt & demonstratiois sciētieqz capaces: semp sunt & vltē. vt autem non semper sunt: particulares. i. ea que sepe sunt: vt de illis demonstratioes simpliciter

& sciētie simpliciter habentur: illa semp sunt: & notio nem vniuersalem habentia. vt autem aliquando sunt: & aliquando non: notiones sibi potius accidentales & particulares asciunt: & hoc est qd Themistius dicit: nec. n. de vno aliquo defectu hoc vel illo q hac vel illa hora compareat: demonstratio accipitur: sed d omni quem ex talibus causis prouenire necessarium & per petuum est: ita in his vniuersale non particulare mon stratur: nisi propterea particulare monstrari dicamus: quia sub vniuersali positum cōstitutūqz sit: veluti de ca ducis retro concessimus.

Quoniam autē manifestū ē qz vñquodqz demonstrare non ē s; aut ex vnoquoqz prin cipiorum si id qd dmonstrat fit fm qd est il lud: non ē omnino scire hoc quidem si ex ve ris & indemonstrabilibus monstret & imme diatis. Est eniz sic monstrare sicut bñso the tragonismum. i. quadrangulatur: fm cōmu ne enim demonstrant rationes huiusmodi fm qd & alteri inest: vnde & in alijs conueni unt he rationes non proximis. Non itaqz fm qz illud est scit sed fm accidens. Non enim conuenit demonstratio & in aliud ge nus: vñquodqz autem fm accidens ē cuz fm illud non cognoscimus fm qz ē ex princi pijs illius inquantum illud ē vt duobus re ctis equales habere cui inest per se qd dictū est ex principijs ipsius. Quare si per se & il lud inest cui inest necesse ē medium in eadez proximitate eē. Si nō non s; sicut armonica p arithmetica: huiusmodi autē dmonstrā tur quidē similiter: s; differunt: ipsum enim quia alterius ē sciētie. Subiectum enim ge nus alterum ē s; pp quid superioris ē cuius p se passiones sunt: quare ex his manifestus ē qd non sit dmonstrare vñquodqz simpli citer: s; fm qd ex proprijs vniuersaliqz prin cipijs ē. S; horum principia habēt cōmune. Si autē hoc manifestum ē qd non ē vniuersu iusqz propria principia demonstrare. erūt. n. illa omnium principia & sciētia illorum pro pria omnibus. Et nāqz sciuit magis intelli gens ex superioribus causis. Ex prioribz eniz nouit cum non ex causatis sciat cās: quare si magis sciuit & maxie & sciētia illa erit ma gis & maxime. S; dmonstratio non conue nit in aliud genus: s; aut sicut dictum ē geo metrice in mechanicas vel machinatuas aut speculatiuas & arith. in armonicas. Dif ficile eniz ē nosse si sciuit aut non: difficile. n. ē nosse si ex proprijs vniuersaliqz principijs sciuit: aut nō qd vere ē scire. Opinamur au tē si habeamus ex aliquibz veris syllogismū & primis

& primis scire: sed hoc non ē s; prima opoz tet esse primis.

Quartum corollariū est: demonstratio non pcedit ex cōibus: qz si non est ex proprijs nō facit scire: qz non adequatur intellectus rei: cuz. n. in demonstratōe me dium de tertio & primis de medio fm qz ipsum & ade quate enunciet: ideo nō oē syllogizati ex veris & ime diatis scitur: aut demonstrat: & hac lege p; peccatum Brissonis credētis ex cōibus demonstrare quadraturā circuli. Et itaqz sciētie subalternantes qz subalternate proprijs vtunt principijs: officij tamē inferioris sciē tie est dicere quia: superioris ppter quid. cū ergo pñ cipia alicuius sciētie sint prima omnū in illa sciētia & ex principijs pendeant oīa subseqūentia: nullius sciē tis erit demonstrare ppria principia: hec tamen ppria sciētariū specialius principia propriam habent mani festationes ex methaphysica que domina est omnibus facultatibus: vnaqueqz itaqz demonstratio ex proprijs dependet principijs. dicit aut Aristoteles: manifestus est nō esse demonstrandum vñquodqz nisi ex cuiusqz principijs: si id qd demonstrat inest quatenus illud ē: non inqz est hoc scire si ex veris & indemonstrabilibus & immediatis ostendat: nāz sic ostendi potest: vt Brisson quadratioes ostendit. huiusmodi nāqz rationes fm aliqd cōe & vagum monstrant: qd cōe & alijs generibz cōpetit: qua de re & ad alias res nō ppinquas accōmo datur: ergo res non vtilia est sed p accidens scitur. i. non scit quispiā simpliciter fm illud cōe & vagū: tam & si verus sit & indemonstrabile & medio carens: s; s; acci dens: nāz nō puenit vt oīo in aliud genus demigret: tunc aut vñquodqz scimus nō fm accidēs: cum p il lud cognoscimus p qd inest ex ipsius quatenus ipus est principijs: vt cū scimus tres duobz rectis equos habe re ei inesse cui per se inest ex proprijs illius principijs. Quare si quippias ei cui inest: p se inest: necesse est me dium in eadez esse ppinquitate: si vero nō sit ita: qz me dium sit in eadez proximitate: attamen pinde erit atqz cū musica p arithmetica demonstrat: atqz talia idētidē demonstrant: differētia tñ est: nam ipus qdem esse ad aliam sciētiaz attinet: subiectū. n. genus diuersus est: ipus aut pp qd superioris: subiecti cuius facultatis su perioris sunt p se passioes & pdicata pmi & scdi modū: ergo p; ex his fieri nō posse: vt demōstretur quodqz nisi ex proprijs vniuersaliqz principijs. Sed dices: eoz que sic demonstrant principia cōe principium habent. Soluit dicens: nullius sciētis est demonstrare ppria principia: cuius ratio est: qz principia alicuius sciētie sunt prima omnū in illa sciētia: & ex sciētia principio rum dependet sciētia reliquoz eiusdem sciētie: & pñ cipia sunt magis scita subseqūentibus in eadez sciētia: qz si demonstrarētur in eadez sciētia tunc alia essent ma gis scita ipsis in illa sciētia: qd est incōueniēs: si ergo demonstratio nō est nisi ex proprijs principijs: & ipsa pñ cipia nō habēt manifestationē nisi ex pbia cōi: tūc nul lius sciētis est ppria principia ostendere: s; pbi cōis est explanare illa: & propter hoc non descendit in aliud genus nisi mō quo dictum est geometricas diones in eas que extruēdaz machinarū facultatis sunt: vel ad perspectiuas: aut alia ex parte arithmeticas in armo nicas musicalesqz coaptari: ergo arduū ac difficile erit nosse si ex cuiusqz principijs scimus: an aliter: ergo dif ficile est quēpiā nosse: sciat nec ne: arbitramur aut hoc modo scire: si ex veris & primis qbusqz syllogismū habeamus: id autē nō oportet: sed ea que scimus ge

neris affinitate: ipsiqz primis ppinqua & iuncta esse oportet. In summa ostensūz satis sit demonstratiois eē ex his que per se sunt: & ex perpetuis: non ex cōibus s; ex proprijs cuiusqz principijs.

Digressio.

Contra. in primis videt vt ratio Brissonis sit vbiqz est dare maius & minus eodē: ibi ē dare equa le: sed est assignare quadratū dato circulo minū: est inuenire quadratum maius: eodem ergo est dare sibi equale. Soluit Auerrois dicens: & propter hoc dmo stratio Brissonis quā fecit in extractiōe quadrati equa lis circulo non est oratio demonstratiua: quāuis agat in ea ppositiones veras: quoniam sunt cōmunes cōi tate: & illa ē: nam postqz si sit quadratū maius omni fi gura cadente in circulo & minus omni figura cadente extra circulum dixit qz quadratū cuius hec dispositio est oportet vt sit equale circulo: quoniam circulus ē ma ior omni figura cadente in eo: & minor omni figura ca dente extra ipsum: & res que sunt minus & plus simul rebus vñis & eisdem sunt equales: & hec enunciatio cō munit & vniuersalis quāuis sit vera: non ppropia ē sed cōmunit: & propter hoc exposuit Aristoteles in libro sophyctice qz ostensio Brissonis ē sophyctica quāuis si sit falsa sed nominauit eam sophyctica. i. apparentem ostensionē: cum putatur in ea qz sit demonstratio & non sit demonstratio: non semp ergo ex omnibus veris & immediatis stat demonstratio.

Rursus. dicit Lōmentator: & propter hoc opz rum sciētie: sapientie scilicet pñie prime cuius sub tectum est inuentio in eo qd inuentio. i. ens inquantū ens. 6. tamen methaphysice. 3. vult ens inquantū ens non esse subiectū: nam stat notitiā entis inquantū ens remanere sublata methaphysica: ergo habitus metha physicis non respicit ens inquantū ens pro subiecto. Solutio est: sunt tres discipline reales: diuina veras circa res abstractas fm esse & fm rationē: mathemati ca speculatur res abstractas fm rationē tantum: natu ralis considerat ea que sunt imēsa motui & materie: ens autē inquantum ens intrat considerationē illi ar tificis cuius officium est tractare de primo ente: tccir co per accidēs & secundaria intēone intrat considera tionem methaphysicā. ē ergo ens inquantū ens subie ctum. i. consideratū a methaphysico: vel ē subiectum methaphysice preparatorie que quidē est tota metha physica que est vsqz ad. 29. 12. methaphysice: vera me thaphysica est illa in qua agit d intelligētis celestibz.

Iterum. principia cōmunita sunt tāqz agentia vniuersalia: particularia vero tāqz agentia particularia: sed causa vniuersalis plus insuit in effectum qz causa particularis: ergo magis d; dici demonstratio ex cōmunitibus qz particularibus. Itēz: dyalectica & methaphysica sunt sciētie cōissime: ergo earum principia sunt cōissima: ergo possunt p fāte fa cultates per cōissima principia procedere. Solutio ē: ea principia que cōmunita sunt facultatibus speciali bus: sunt propria dyalectice & methaphysice. Itē prin cipia vniuersalia magis concurrunt virtualiter qz par ticularia formaliter: vnde ad cōpletā doctrinam gene randam non sufficit demonstrationibus scientiarum particulariū: vti principijs cōmunitibus sine contracte siue virtualiter: sed etiam principijs eis proprijs vti oportet: nam demonstrationes debent esse ex his que

sunt per se et sim qd ipsum: ergo ex cõibus propositionibus nõ pstituntur demonstrationes.

Caput nonum.



Ico autem principia i vno/ quoq; genere illa que cum sint non contingit demon/ strare: quid quidem igitur significant prima et que ex his sunt accipiendum est.

Quod autem sint principia necesse est acci/ pere. Alia vero demonstrare: vt quid vnitas aut quid rectum et quid triangulus. Est aut vnitatem accipere et magnitudinem: altera vero demonstrare.

Presenti capitulo tractat Aristoteles de principijs cõibus et proprijs vnicuiq; discipline: multis conclusio/ nibus quas ordinate prosequamur. Prima sit ista: ea in quocũq; genere voco principia que fieri nequit vt demonstrant esse. i. que nõ contingit demonstrare qd ve/ ra sint: in dõibus accipitur et p cognoscit qd nam pncipia et ea que ex ipis sunt significant: et necesse est su/ mere qd principia sint. i. qd pncipia sint vera: cetera de/ monstrare oportet: vt qd significet vnitas qd rectum: et qd triangulus: et esse vnitate et magnitudines sume/ re opz: cetera vero demonstrare. Sensus est: volens Aristoteles exponere modum quo cognoscitur dõnes esse ex proprijs: paulo altius exordiendo ait: de prin/ cipijs. i. de subiecto scibili: et dignitatibus et propo/ sitionibus: et de his que a principijs fluunt. i. passioni/ bus p cognoscit qd: at principia necesse est sumere qd sint vera. i. p acceptis subiectis esse p propositione bi/ nariam: et dignitates esse veras per propositione ter/ nariam: cetera vero. i. qd est passionis demonstrari opz: vt vnitas qd est subiectu: et rectu et triangulus qd sunt pas/ siones accipiunt qd significant: sed vnitas accipit ee in arithmetica: et magnitudo i geometria: cetera vero. i. qd est recti et qd est trianguli demonstratur: et hec est ca/ p se penumero asserit supra nullas alias esse dõtoris partes nisi explanare qd est passionis.

Sunt autem quibus vtimur in demonstra/ tiuis sciẽtijs: alia quidẽ propria vniuscuius/ q; scientie: alia vero cõia. Cõmunia enim sũ analogiam: qm̃ vtile est quãtũcũq; in eo qd sub scia e genere. Propria principia quidẽ vt lineam eẽ huiusmodi et rectus. Cõmunia aut vt equalia ab equalibus si auferas qd eẽ/ lia reliqua sunt. Sufficiens aut est vnũ quod/ q; istoz: qm̃ in genere est. Idem. n. faciet et si nõ de oibus accipiat: sed in magnitudinib/ solum: arithmeticus aut in numeris. Sunt aut ppria qdẽ et q accipiunt eẽ circa que scia speculat que sunt p se: vt arithmetica vnita/ tes: geometria at signa et lineas. Hec. n. reci/ piunt eẽ et hoc eẽ. Hozum aut passiones p se quid quidem significet vnaqueq; accipit vt

arithmetica quidẽ qd par aut ipar aut qua/ drangulus aut cubus: geometria vero quid rationale aut reflecti aut curuare. Ad au/ tem sint demonstrant per quedam cõmunia et ex his que demonstrant per communia et astrologia similiter. Omnis eniz demonstra/ tiua sciẽtia circa tria e et quecũq; esse ponũ tur. Hec aut sunt genera cuius p se passionũ speculatiua e: et quecũq; cõmunes dicuntur dignitates ex quibus primis demonstrant: et tertium passiones quaruz quid significet vnaqueq; accipit. Quasdam autẽ scientias nihil prohibet quedam eozũ despiciere vt ge/ nus non supponere eẽ si sit manifestũ: quoni/ am e. Non enim similiter manifestum est qd numerus sit et qd calidum et frigidũ sit: et pas/ siones non recipere est quid significant si sint manifeste: sicut neq; cõmunia non recipere quid significant vt equalia ab equalib/ de/ mere: quoniam notum est. S; nihil minus tria hec sunt naturaliter: circa qd demonstrat et que demonstrant: et ex quibus.

Tertia conclusio e talis: dignitas nõ est suppositio: neq; petitio: neq; questio: pariter et termini non sunt diffinitiones: inducit autẽ pbs hanc conclusionem: vt sciamus que in principijs demonstrationũ sint omi/ tenda et que non omittenda: ea que dicenti non sunt nota per se non sunt omittenda in principijs demon/ strationũ: veluti sunt suppositiones et petitiones. Seri/ es ergo verboruz Aristotelis hec est: non aut est sup/ positio neq; petitio seu postulatũ qd necesse est esse per seipsum atq; videri. i. proloquia quidem a supposi/ tionibus et postulatis differunt: qd neq; constituuntur neq; petuntur concedi quia et vera sunt et videntur: di/ gnitas ergo non est suppositio nec petitio: cũ dignitas habeat propter seipsum et non per mediũ necessitatẽ vt sit: et manifesta eẽ in intellectu: ratio e: nam non e ad exterius dignitas ratione: sed ad eam que e in anima: quoniam neq; syllogismus: semp. n. e istare ad exterius ratione: sed ad interius ratione non semp. i. ad dignitatẽ non e exterior: ratio. i. argumentatio: s; interior: quatenus illi homo assentit solo lumine itel/ lectus agẽtis: s; hẽmistiũ. Sensus est: cum dico vi/ detur vera: nõ id dico qd cõcedatur ore: nam hoc qdẽ modo posset cõtingere vt proloquia nulla essent: sane cum exteriorẽ saltem verbo possint negari: nam inte/ riorẽ nõ possunt: qui. n. negare paribus demptis sub/ sidua esse paria: sermone potius q; interiorẽ sensu con/ tederet: et vt verus est sumptum ab Euripide: dissenti/ ret lingua nõ corde: demonstratio autem nõ ad exteri/ rem locutionẽ sed ad internam intellectualemq; p̃tinet: quẽadmodum et syllogismus: plerũq; n. dissonat qd in lingua promptũ habetur: ab eo qd clausum geritur in pectore: nõ ergo ex eo qd quisq; foras pronuntiat: sed ex eo qd intrinsecus approbat auctoratur prolo/ quia. Auerrois ait: quedã sunt propositiones note per naturam necessarie receptiois: et quedã sunt plogas. i. petitiones: et quedã sunt radices posite. i. supposi/ tiones: et quedã diffinitiones: et propositiones note p naturam

Aduerte tu lector in medio anterioris colũne: Cõmẽ tũticipiõs: Tertia conclusio sup̃uũ e: et ipius loco seq v3 secũda conclusio que hic ponit.

Cõsẽda p̃lo huiusmodi e: eozũ p̃cipioz q accipiũt eẽ in sciẽtijs demonstratiuis: hec qdẽ cuiusq; ppria: illa vero cõia: cõia aut s; analogia et p̃portione: vt pote quo/ rum vsus tm̃ sese extẽdat in quacũq; scia quãtũ cuiusq; subiecto generi p̃gruit. ppria p̃cipia sũt: vt lineã eẽ lã gitudinẽ sine latitudine et p̃funditate: et rectã lineã esse a p̃ucto in p̃uctũ extẽsionẽ. cõia vero sunt: vt si ab equali/ bus equalia demas ea q restant equalia sunt: et hec cõia p̃cipia in spãli scia debent appropriari generi subiecto sicut in geometria magnitudinib/ : et i arithmetica nume/ ris. Itẽ ppria sunt genera subiecta in sciẽtijs q accipiũt eẽ circa q subiecta demonstratores speculant p se acciden/ tia de illis subiectis: de passionib/ p cognoscit qd. demõ/ strat aut qd e et p cõia. i. p ea q sunt demonstrata: et ex his que demonstrat p cõia. i. ex pprijs: et astrologia sũt pro/ pria sumit esse de quibus suas affectiones p se monstrat: Ad demonstratõẽ ergo p̃stat qd p̃currũt nõ solũ p̃cipia cõia sed et ppria: quare tribus absolutũ ois scia demon/ stratiua: genere subiecto: passioẽ et dignitatib/ : quoz qd qsq; significat sumit: nihil tñ p̃hibet sciẽtiarũ nõnullas omittere vt sumãt hoz nõnullas: veluti genus nõ suppo/ nere eẽ: si pateat ipm eẽ. nõ. n. eque manifesta oia: neq; passioẽ sumẽde sunt qd significet si sint p̃mãifeste: sicut nec de cõib/ dignitatib/ p̃docẽdũ e qd significet qñ signi/ ficatio earũ vulgata extũt: nihilomin/ tria hẽ semp p nãz in demonstratõẽ p̃cipiũt: subiectũ: passio et dignitates. Super sed eũ e igit a p̃scriptõẽ et p̃ordinatõẽ quozũ/ dã: vt pote si sint p̃cepta per se ab oĩ discẽte: in demõ/ strãdo tñ opz vti illis: ac si eẽt p̃scripta et p̃ordinata: resoluõ itaq; me ad hoc: cũ in demonstratõẽ reperiantur qnq; qd e p̃missarũ: qd e subiectũ: qd e passiois: qd e subie/ cti et qd e passiois: et qd e p̃missarũ: improprie tamen: vo/ cantur oia p̃cipia demonstratiõis p̃ter qd e passiois et tenet arifex sciẽtificus p̃mittere diffinitionẽ subie/ cti et eam supponere non probare: et inuestigare diffini/ tionem via diuisiua et cõpositiua nõ insert diffinitionem illã esse ignotã. 3. p̃p̃ficorũ. 12.

